



Dd.z.

+





5
2. D. B. V.
EXERCITATIO JURIDICA,
De
JURE JURANDO
CIVIUM,

Vom
Bürger = Lyde/

Quam,
Indultu
MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS,
In
ILLUSTRI PHILYRINA,
PRÆSIDE,
LÜDERO MENCKENIO,
Phil. & J.U.D.

Publico Eruditorum Examine
submittit

AUCTOR

IMMANUEL WENDTLANDT,

Colberg, Pomer.

Ad d. 2. Junii, M. DC. LXXXVII.

In Auditorio Jctorum.

LIPSIÆ, Lucris CHRISTIANI GÖZL.

LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF
SAXONY-ANHALT
MAGDEBURG

UNIVERSITÄTS- UND LANDESBIBLIOTHEK
SACHSEN-ANHALT
MAGDEBURG

UNIVERSITÄTS- UND LANDESBIBLIOTHEK
SACHSEN-ANHALT
MAGDEBURG



L. B. S.

DE Juramento Civium tractaturi, ea metho-
do ingredi, animum induximus, ut Capite
I. Jurisjurandi Civium Homonymiam,
Synonymiam, Originem, Definitionem & Di-
visionem. Cap. II. Causam Efficientem. Cap. III.
Subjectum. Cap. IV. Objectum. Cap. V. For-
mam & Finem. Cap. VI. Effectus & Contraria
complecteremur. Faxit Deus feliciter!

CAPUT I.

DE JURISJURANDI CIVIUM HOMO- NYMIA, SYNONYMIA, ORIGINE, DEFINI- TIONE ET DIVISIONE.

THES. I.

Titulus Dissertationis nostræ de Jurejurando Civium conceptus *Homony-*
est, quem paucissimis explicaturi sumus. *Jusjurandum* est reli-
giosa rei alicujus asseveratio, in cujus majorem fidem, DEUS ipse, ut *riij, Civ.*
Vindex & ultor perfidiæ, invocatur, idque ratione finis, aut obligatio-
nis introducendæ, vel veritatis asserendæ gratia tantum, aut obligatio-
nis introducendæ, & veritatis asserendæ gratia simul adhibetur; atque
hinc in Promissorium, Assertorium & Mixtum, dividitur. De Promis-
sorio nos tantum loquimur. *Civium nomen*, intuitu subjecti, latissi-
mo quidem sensu, omnes in Orbe Rom. constitutos complectitur. L. 17.
ff. de stat. Hom. a.) & in significato lato ad incolas à nonnullis exten-
ditur. *arg. L. 1. §. 1. j. L. 29. ff. ad Munic. b.)* strictè autem acceptum,
cujuscunque civitatis cives, onerum [juriumque civilium participes,
denorat. L. 1. §. 1. ff. L. 29. ad Munic. L. 7. C. de incolis. *Et ubi quis-
que domic. c.)* Hic loci *Juramentum Civium* dicimus, quod tale non
tam respectu subjecti quam finis est, & Magistratui cujuscunque civi-
tatis à persona in Civium Juratorum numerum referenda præstatur.
Non

Non aliter atque Sacramentum vocatur Militum, quo præstito, ipsi in numerum recipiuntur, v. L. 8. C. de Legat. L. 14 ff. de his, que ut indign. j. L. 2. §. 3. ff. de his, qui not. infam. d.) Juramentumque Consiliarium, Advocatorum appellatur, quod ipsi, in Ordinem Advocatorum & Consiliarium plenissime recipiendi, persolvunt.

a.) Bacchov. ad prim. partem ff. in d. L. p. 169. Hug. Grot de I. B.

& P. L. 2. c. 9. th. u. n. 2. b.) Gail. L. 2. obs. 35. n. 1. c.)

Covarruv. Relect. ir c. quamvis de pact. in 6. §. i. num. 6.

Mæv. Part. 2. Dec. 49. d.) Rosin. antiqu. Rom. L. 10. C. 3.

Cicero de offic. L. 1. p. m. 33.

Synony- THES. II. Hoc civium juramentum à Dd. hinc inde exprimi solet
mia Ju- per Juramentum, vel Homagium Civicum, Jurjurandum Obsequii, it.
ram. Civ. quod à civibus Magistratui præstat, Germanis per voces, der Bür.
gerEyd/ Bürgerliche Pflicht / a.)

a.) Ritter. de homag. c. 5. concl. 105. Ziegler. de iure Maj. l. i. cap.

29. th. 15 Zahn. Ichnograpp. man. c. 14. n. 9. Hahn. ad Wesf.

z. ad Municip. n. 4. verb. manumissione.

Origo THES. III. His præmissis, unde originem trahat juramentum, Civita-
z. um. te à civibus præstandum, investigandum erit. Equidem primæ in Ci-
Civ. vitate receptiones sine jurisjurandi vinculo factæ videntur, cum co-
euntes in Civitatem antiqua fide communibus sese legibus obstringe-
rent, & summa frugalitatis ac continentiæ studia exercentes, cum Cu-
rio illo, domi rapa torrente, omnem operam, curam, & consilium ad
publicam utilitatem conferrent. Quæmadmodum vero, privatæ uti-
litatis cura & animi levitate invalescente, Juris Naturalis regula, quæ
fidem datam sanctissime servandam esse dicit, negligi cœpit, ita Juris-
jurandi Religio ad compescendam hominum malitiam, dandamque
conventionibus inviolabilitatem, præmissis adhibenda fuit, sive de pa-
ctis inter diversas gentes corroborandis ageretur, sive Civium animi
ad salutem publicam quodam vinculo colligandi essent, unde hanc
rationem confirmandi fœdera jam in antiquo Fœdere, sub Tullo Ho-
stilio inter Romanos, Albanumque Populum inito, observatam, præ-
stitumque à Patre patrato esse juramentum, legimus, (11.) Ad eandem
animorum unitorum viam à Romanis civibus perventum, conjura-
tumque est, cum tumultus erat, & cives, vexilla vocantis Ductoris se-
cuti,

cuti, Rempubl. suâ opera salvam esse volebant, milites vero Romani jurejurando ad militiam adigi solebant, cum nihil tam fidem & fortitudinem eorum, quam Sacramentum augere videretur. c.)

a.) Rosin. *Antiquit. l. 10. c. 2. b.) Id. l. 10. c. 3. c.) Id. l. 3. c. 3. in paralipom. p. m. 111.*

THEſ. IV. Tanta cum fuerit jurisjurandi utilitas in Sago, mirum non est, quod in toga (cujus usu concessio, ipsam civitatem Romanam olim datam esse constat. a. L. 32. ff. de Jure Fisc. a.) cives cum Juramenti religione recipi cœperunt, quorum non minor atque militum fides & industria ad conciliandam Civitati *ευδαμολιαν* requiritur. Prudentissime igitur Solon, Atheniensium Legislator, Atheniensibus Civibus, qui jus civitatis petebant, Juramentum præscripsit, illique, referente Setfero, b.) inseruit hæc verba: Patriam non deteriorem faciam, sed meliorem, quam accepi, & semper obtemperabo modestè rebus Judicatis, & legibus positis parebo, & his, quas communi consensu deinceps populus condet. Neque minus ex re civitatem est, quod hodie cives in civitatibus passim non, nisi præstito Juramento Civium, albo Civitatum publico inseri solent. c.)

a.) Dion. Gothofredus *ad d. L. 32. Hillig. ad Donell. L. 2. c. 16. L. c. b.) Jeremias Setfer. de Juram. L. 1. c. 3. n. 1. Ritter. de homag. cap. 6. concl. 116. c.) David Mevius Comm. ad Jus Lubecens. L. 1. tit. 2. num. 74 Paul. Christin. in Leg. Mun. Mech. Tit. 5. p. 2. num. 4. Ziegler. de J. Maj. L. 1. c. 21. ib. 16.*

THEſ. V. Origine Juramenti Civium perlustrata ad descriptionem *Descriptio Juramenti Civium* pergimus. Est autem Juramentum Civium religiosa ^{ptio Ju-} promissio, qua personæ, in numerum Civium ^{ram.} juratorum referendæ, Magistratui Civitatis se obligant, ad utilitatem Civitatis promovendam & obedientiam præstandam, ut civitatem de fide sua securiorem reddant, & communi Civium ^{Civ.} jure fruantur. *Genus* in hac descriptione cõstituit religiosa a.) promissio, quia juramenti præstatio est actus religionis, & species cultus divini.

vini. fac. Lz. C. de reb. cred. j. Deut. cap. 6. vers. 13. ad Hebraeos cap. 6. 16. b.) Cum autem promissionis verbo utamur, & de promissorio juramento agi jam antea confessi simus, prætermittendum h.l. non est, quod promissorium jusjur. in promissoriū in specie sic dictum, & confirmatorium dispesci soleat; unde expediendum est, an juramentū Promissorium generice, an vero specificè intellectum velimus? Sed, merito genericum illius sensum, quo & promissorium in specie sic dictum & confirmatorium complectitur, recipimus, quia non tantum Cives, qui sunt per affectionem tales, hoc jurejurando civitati obstringuntur, sed & cives originarii, qui jam antea civitati fidem & obsequium debent, hoc jurejurandum præstare tenentur, ut novo hoc conscientia vinculo devincti, studiosius publicæ salutis serviant. fac. C. 6. Diff. 23. Ita jam olim Athenienses liberos suos, tum demum omnis juris civium capaces reddiderunt, cum publice nomen suum professi in album, quod λεγίαρχιον λέωνομα vocabant, relati erant. c.) & hodie nihil frequentius est, quam eos, qui jure civitatis, à Parentibus ad se transmissio, gaudent, jam memorato civium sacramento adstringi. d.)

- a.) v. Cic. L. 3. de offic. p. m. 357. b.) Serser. de juram. L. 1. c. 2. n. 26. Struv. Synt. Jur. Civ. Exerc. 17. Th. 3. 4. c.) Petr. Musæus Dissert. de Antiq. German. Rep. 1b. 14. d.) Dav. Mey. Comm. ad Jus Lub. L. 1. t. 2. n. 28. Joh. Eisenhardt de homag. 1b. 39.

THES. VI. *Differentia Specifica à Subjecto, Objecto & sine petita* est, quæ plenius in subsequentibus consideranda, hic vero saltem expendenda est, quatenus civium juramentum ab affinibus juramentis discernit. Et 1.) quidem differit à nostro Juramento Homagium, v. Cap. 14. X. de jurej. sive juramentum Subjectionis. Homagium enim illi, qui summam in Republ. potestatem aut superioritatem territorialem habet, præstatur, recognita Superioritatis tessera est, & ad omnia, quæ fidei subdito conveniunt, obligat; at, civium hoc juramentum Magistratui civitatis, etiam omni territoriali superioritate destituito, persolvitur ab eo, qui inter cives juratos refertur, communibusque Civium Privilegiis frui cupit, seque ad boni civis officium astringit. a.) 2.) *Juramentum civium à juramento fidelitatis est diversissimum*: Hoc enim intuitu fendi Domino directo præstatur, & servitio.

vitiorum promissionem continet, quibus incolume, tutum, honestum, utile, facile & possibile bonum Domini promoveatur, *u. f. 6. 7.* & vasallum in numero eorum, qui juramentum fidelitatis dixerunt, constituit. At, juramentum Civium non intuitu feudi, sed personæ præstatur; non Domino directo, sed Magistratui Civitatis, jurantemque non in numero Vasallorum sed Civium collocat b.)

- a.) Decis. Camer. *Imp. Proc. Svanm. Add. 7. n. 15. seqq.*
Carpz. d. Privil. Elector. & Duc. Sax. de non app.
th. 53. n. 54. Beck. *Syn. jur. publ. Imper. Rom. Germ. L. 3. c. 4. §. 18.* Bruning. *de var. univers. spec. th. 33. §. 5. sq.*
b.) v. Carpzov. *Diss. feud. 6. th. 30. seqq.* Struv. *Synt. J. F. cap. 8. th. 6. num. 9.* Johann, Borcholt. *de Feud. cap. 7. num. 38. seqq.*

THESES. VII. 3.) *Juramentum Clientelare, die Schirm. Pflicht* non una ratione a *juramento Civium* discernitur, illud enim à Clientibus, qui appellantur *Schirm. Verwandte*, Protectoribus sive iis, qui jus Advocatiæ habent, secundum Advocatiæ constitutæ naturam & determinationem præstatur, jurantesque protectionis oneribus & emolumentis subjicit, ac jurisdictionem regulariter Protectori non tribuit. Contra, Civium Juramentum non Clientum, sed Civium Juratorum membrum constituit, neque ad solam defensionem, sed ad communia civitatis emolumenta consequenda tendit, jurantemque Jurisdictionem Magistratus agnoscere cogit. a.) 4.) *natura Juramenti Civium a juramento fidelitatis in officio*, quod etiam familiaritatis aut domesticitatis dici solet, *die Amte, oder Dienst. Pflicht*, diversa est: nam, illo juramento is, qui ad officium certum adhibetur, conferenti fidem, ipsi officio convenientem, promittit, eaque ratione objecti formas prope modum infinitas habet, cum alia Consilarii, alia Consulis, alia Syndici sint officia &c. Hoc Civium vero juramentum ad jura Civium aspirantem Ordini Civium accenset, & ab eodem non singularem, sed communem cum aliis Civibus fidem secundum formam jurisjurandi receptam desiderat b.)

- a.) Rumelin. & Myler. *ad Aun. Bull. Part. 2. Diss. 4. th. 9. seqq.*
Regner. Sixtin. *de Regal. L. 2. c. 14. n. 104. seqq. b.) v. text.*
u. f. 5. Vultej. *de feud. L. 1. c. 6. n. 6.* Casp. Birschius

in consuet. Feudal. ad Text. II. f. 5. verb. Triplex, pag. m. 239.

THES. IIX. *Juramentum hoc Civium in specie sic dictorum differt à Juramento Academicorum.* Hoc enim a Personis albo Academicæ inserendis Reſtori præſtatur, ut Juribus & Privilegiis Academicis fruantur. Illud Magiſtratu urbano, a Personis in album Civium juratorum referendis, perſolvitur, ut jure Civitatis gaudeant. Hoc plerumque a personis, literarum amore confluentibus, citra domicilii conſtituendi animum a. L. 2. C. de Incol. dicitur. a.) ad augendas ingenii dotes, in futuram Reipubl. utilitatem. Illud plerumque cum domicilii conſtituendi animo conjunctum eſt, b.) & ad præſentia Civium commoda conſequenda zur Freyheit Bürgerliche Nahrung und Gewerbe zu treiben / tendir.

a.) Jac. Menoch. de Arbitr. Jud. Queſt. L. 2. caſ. 86. num. 7. Brunnem. ad L. 2. C. de incol. & ubi quis domicil. num. 5. 6. Hillig. ad Donell. L. 17. c. 12. l. c. Maſc. de probat. V. 1. Concluſ. 535. n. 14. b.) V. CarpZ. L. 2. Reſponſ. 21. num. 17. Struv. Synt. Jur. Civ. Exercit. 9. tb. 22. Decius Conſil. 283. num. 11.

Diviſio
Juram.
Civ.

THES. IX. Egimus de Definitione Juramenti Civium, agendum de illius Diviſione. *Dividi autem poteſt Juramentum Civium in ordinarium & extraordinarium.* Ordinarium appellamus, quod ſecundum receptam, in qualibet civitate, formam ab iis, qui in album Civitatis recipi cupiunt, præſtatur, idque in iis Civitatibus, in quibus jura Civium imparia ſunt, diverſas formulas, quibus juretur, admittit, a.) *Extraordinarium* vero dicimus, quod à forma, in qualibet civitate uſitata, recedit. Ita inſolens non eſt, ut in iis Civitatibus, in quibus Principes Aulæ ſedem conſtituerunt, Aulici, & in civitatibus, in quibus Academiae florent, Academici juramentum Civium præſtent, ſalvis tamen fori Privilegiis. Neq; minus ſolemne Juramenti formam negligi necelle eſt, quoties ea homagium quoq; complectitur (quod non paucis in locis uſu venire, ex forma apparebit) is vero, qui Civitati juramentum dicturus eſt, jam antea Principi homagium præſtitit, & de his quidem plenius agemus, ubi ad hujus Juramenti formam pervenimus.

a.) vid.

a.) vid. Joh. Eichel, *de Jur. Civ. part. prior. c. f. verb. in specie
jus civitas.*

CAPUT. II. DE CAUSA EFFICIENTE JURA- MENTI CIVIUM.

THES. I.

Progredimur nunc ad *Causam efficientem* Juramenti Civium, eaque est vel *remota*, vel *proxima*. *Remotam* constituit *Consuetudo* vel *Statutum*, quod à Personis in Civium numerum referendis juramentum exigi imperat. Unde, inter requisita in assumptione Civium observanda, vulgo juramentum hoc referri videmus a.) *Causa efficiens proxima est voluntas Magistratus Oppidani, & civis recipiendi.* Quamvis enim Baldus b.) Principis arbitrio recipiendum esse civem asserere videatur; tutius tamen dicitur, Civium receptionem arbitrio Magistratus Civitatum relictam esse regulariter, ut ipse, in persona recipienda victus quærendi ratione, vita ante acta, facultatibus, Civium paucitate & multitudine, similibusque circumstantiis diligenter perpensis, definiat, an admitti personam recipiendam ad jus civitatis & Juramentum Civium expediat, nec ne. *fac. A. B. c. 16. N. 80. c. 1. c. 5. l. 5. §. penult. & fin. ff. de jur. immunit. c.)* Unde Elector Saxoniz Serenissimus in Resol. gravam. de Anno 1609. tit. von Justitien, Sachen / Sebener massen elementissime declaravit; Se Magistratui, Jus civitatis ex justa causa deneganti, civem obtrudere nolle, verbis: Wir wollen die Städte / wenn sie sich iemand zum Bürger & Recht kommen zu lassen / verwegerten / mit ihrer Nothdurfft gnungsam hören / und da dieselbe erhebliche / und zu Recht gnungsame Ursachen vorzuwenden / wider ihren Willen hierzu nicht anhalten lassen. Quod si tamen Magistratus civitatis à jurejurando hoc & Civitatis jure, nulla vel non justa causa existente, quenquam arcere velit, Justitiam illius causæ Principem cognitioni suæ subicere posse, non dubitamus, cum Illius quoque intersit imperium suum accessione Subditi augeri, idemque ampliari hominum adjunctione potius, quam pecuniarum copia expediat, secundum Divi Hadriani sententiam in L. 7. §. 3. ff. de bon.

damnat. d) Ex hoc fonte fluit, quod Clericos, quatenus tales, à Civitatis jure non excludendos esse, dispositum est, in der Kirchen Ordnung *rupr. von Immunitatibus und Freyheiten der Kirchen Diener* S. zu dem.

a) *Mev. Comm. ad Jus Lubec. L. 1. t. 2. n. 74.* Hahn ad *Wes. tit. ad Munic. n. 4. verb. manumissione. it. t. de Decur. n. 5.* b) *Volum. 3. Conf. 310. n. 2.* c) v. *Ziegl. de Jur. Maj. L. 1. c. 33. n. 4.* *Alexand. ad Bart. in L. neque Stipendium. ff. de impens. in res dot. facti. Buxtorff. ad cap. 16. Aur. Bull. L. c. Mevius ad Jus Lub. L. 1. art. 2. n. 59.* Hahn ad *Wes. t. de Decur. n. 5.* d) *Mevius ad Jus Lub. tit. 2. art. 2. in addit. ad n. 57.*

THES. II. *Persona veto, que juramentum civium prestare debet, intellectum & voluntatem requiri facile largietur, qui ab intellectu & voluntate jurantis vim jurisjurandi dependere novit. Hinc juratorius vel desiderium suum consequendi jus civitatis præstandique solennis juramenti sponte declarare, vel ad eam voluntatis declarationem à Magistratu invitari solet, quandoquidem nonnullibi statuto, nonnullibi publicæ salutis cura exigente Magistratus eos, qui paria cum civibus emolumenta percipiunt, ad profitendum nomen suum inter Cives, præstandumque hoc juramentum, compellunt: nihil enim æquius est, quam onera juris Civitatis eundem sequi, quem sequuntur commoda. L. 10. ff. de R. I. j. Erl. der Landgebr. d. An. 1613. & 57. §. 107. C. S. p. m. 1061. 1062.* a.) nihilque, ad agendam mutuam inter Magistratus Civesque fiduciam, salutaris est, quam jurata fidei servandæ promissio.

a.) v. *Mevius Part. 4. Decis. 196. it. Jur. Lub. T. 2. art. 2. Gail. l. 2. Obs. 35. n. 8.*

THES. III. *Ut igitur adesse videatur intellectus & voluntas, Magistratus, Juramentum recepturi, & Persona, hoc juramentum præstatura, requirimus intelligendi ac volendi eam facultatem quam actum. Intelligendi ac volendi facultas proxima deficit in infantibus, quibus tenerrima ætas usum intellectus adeo imbellem dedit, ut in hujusmodi rebus agendis intellectu plane destitui videantur. §. 9. J. de inutil. stipul. L. 5. ff. de R. I. De furiosis & mente captis, idem c.*
flo

sto iudicium, quippe quos fati infelicitas in eam coniecit miseriam, ut id, quod agunt, non intelligant. §. 8. *Instit. de inut. stipul.* voluntatemque nullam habere credantur. *L. 40. ff. de R. l. quan. vis inter se fetiosi & mente capti gradu differunt, & illi in perpetuo motu, hi in perpetua quiete sint, illi furentibus, hi quiescentibus maris fluctibus similes.* Quod si utriusque dilucida intervalla habeant, tempore intervallorum perfectissimorum hæc voluntatis declaratio, & ipsa præstatio Juramenti ab ipsis fieri potest. *L. 6. C. de Curat. furios. a.) Ebriorum voluntas & intellectus quoque nullus est, dummodo ad eum ebrietatis gradum sit perventum, qui sanam mentem in exilium mittit. a. c. 14. X. de vit. & bon. Cleric. c. sane. caus. 15. q. 1. b.)*

a.) *vid. Anton. Gomez. Var. resol. Tom. 2. C. 14. num. 28. f. Brunnem. ad d. l. 6. C. n. 1. b.) Carpz. Part. 4. C. 12. d. 10.*

THEſ. IV. *Civiliter intelligendi & volendi facultate destituuntur pupilli, qui habent aliquem intellectum. v. §. 9. f. de inut. stip. L. 9. ff. de acq. vel om. hered.* Hi enim sine auctoritate Tutoris ad præstationem hujus Juramenti, tanquam actum obligatorium, se offerre nequeunt. *a. pr. 7. de auct. Tutor. j. L. 17. §. 1. ff. de jurejur. a.)* Si autem Tutorum auctoritate adjuti pupilli Jus Civitatis petant, & Juramentum civium præstare velint (inviti enim ad hoc compelli nequeunt. *a. L. 34. §. 2. ff. de jurej. 11. f. 26. §. Si decesserit.*) arbitrio Magistratus ad juramentum Civium admitti queunt. *a. L. 26. ff. de jurej. j. L. f. §. ff. de man. test. dummodo intelligant, quæ nam sit illius jurisjurandi virtus. a. c. 1. X. de delict. puer. b.)* Sed quid de minoribus judicabimus, an hi vel sine Curatorum consensu ad Juramentum civium præstandum se offerre, vel jusjurandum illud præstare, vel ad ejus præstationem jure compelli poterunt? Cum quæstio hæc sit trimembris, ad singula illius membra seorsim respondebimus, & quidem, ad primum & secundum membrum affirmando, ad tertium negando. Quoad primum quæstionis membrum in dubium quidem vocari posset sententia nostra, qua *minorem, etiam sine Curatoris Consensu ad Juramentum Civium se offerre posse statuimus, ex eo fundamento, quod i.)* minores bonorum liberam administrationem non habeant, adeoque juramento se ad patrimonii onera sustinenda, & alia incommoda in civitatis utilitatem ferenda obligare nequeant. *fac. a. l. 17. §. 1. ff. de jurej. 2.)* quod minor, Curatorem habens, non ab similibus videatur illi, cui à Præ-

tore,

tore, Curatore dato, bonis interdictum est, L. 3. C. de in integr. restit. min. ille autem, ad exemplum furiosi, promittendo se obligare non possit. L. 6. ff. de V. O. c.) At, sententia affirmativa, quod minor se etiam sine Curatoris consensu ad Juramentum Civium offerre possit, solidiori fundamento dubio procul innititur, quandoquidem de minori persona obliganda, per jurisjurandi vinculum, agitur, quod cum ipse minor conscientiam liget, ab illius, non a Curatoris arbitrio dependere debet. Neque enim infrequens in jure est, accepto quoque Curatore obligationes principaliter personales sola minoris voluntate suscipi: Ita in nuptiis copulandis minoris, non Curatoris arbitrium attenditur L. 20 ff. L. 3. C. de nupt. minoresque nonnunquam sine Curatoribus suis ex stipulatu obligantur L. 101. ff. de V. O. j. L. 1. §. 14. ff. ad Sct. Treb. it. L. 5. ff. L. 4. C. qui test. fac. poss. j. L. 32 ff. de hered. inst. L. 56. ff. de Procur. j. auth. Sacramenta puerum. C. si adv. vend. d.) Quæ Sententia per rationes dubitandi supra propositas non evertitur, nam (1) quæcunque patrimonii onera a Civibus ferenda sunt, vel iisdem magis inquit fructuum è patrimonio proficiscentium, quam ratione præstiti jurisjurandi civium incumbunt. a. L. 13. ff. de impens. in res dot. fact. l. 7. §. 2. ff. de usufruct. incolisque cum civibus communia sunt. L. 29. ff. ad Munic. j. L. 4. §. 1. 2. ff. de Mun. & honorib. vel ex præstito juramento Civium non directe, sed indirecte proveniunt. Horum itaque onerum incommoda non magis minorum facultatem in præstando juramento impediunt, quam ferenda matrimonii onera consensum nuptialem a. L. 20. C. de jur. dot. aut obligationes ad præstandum id, quod interest, loco facti promissi ipsam facti promissionem, sine Curatoris consensu stipulanti faciendam, remorantur, L. 101. ff. de V. O. j. L. 13. §. 1. ff. de Re judic. c.) 2.) Rescriptum Imperatoris in L. 3. C. de in integr. restit. min. non est generalius accipiendum, quam Casus in d. L. 3. C. expressus desiderat, hic vero de emptionis venditionis contractu, in quo dominii translatio, ut eidem plenissime satisfiat, ab initio intenditur, agit, adeoque non de quolibet contractu, sed eo, ex quo dominium transferendum est, loquitur, fac. L. 80. §. f. ff. de contrab. empt. vend. in quo casu prodigorum & minorum, qui Curatorem acciperunt, eadem est ratio, nos vero de obligatione ad jusjurandum loquimur, quæ bonorum alienationem directe non respicit, sed personæ obligationem, atque hinc Curationis consensum non desiderat per all.
in

in super. f.) Ad secundum quæstionis membrum respondetur *affirmando*, *minorem juramentum civium recte præstare posse*, cum minores jurejurando se obligare non prohibeantur, quippe qui & jurisjurandi virtutem ob animi iudicium, quod habent, recte perpendere, seque juramenti vinculo obstringere possunt. *a. c. 1. X. de delict. puer. Auth. Sacramenta puberum. C. si adv. vend. L. 26 ff. de Jurej. & præstitum salvâ salute æternâ violare nequeunt. a. C. 28. X. de jurej. g.)* Interim in locis non paucis minores neque ad jus civitatis, neque ad Juramentum Civium admitti solent, quandoquidem illic Majoribus tantummodo jus Civitatis confertur. h) Tertium quæstionis membrum negamus, *minorem ad juramenti Civium præstationem jure compelli non posse, existimantes*, quoniam, si minor, cui datum est feudum, fidelitatem facere non cogitur. *11. feud. 26. §. si minori. j. 11. feud. 3. §. fin. etiam tum, cum civium jura illi conferenda sunt, jurare in vitus non cogitur. fac. L. 4. ff. de in lit. jur. (non oblt. c. 14. c. 15. caus. 22. qv. 5. j. L. 19. §. 1. L. 20. ff. de test. L. 9. §. L. 19. C. eod.) i.)* sed ipsum juramentum, usque dum minor ad majorem aetatem pervenerit, differretur. k.)

a.) *Conf. Borchhold. de jurej. c. 3. num. 14. Hillig. ad Donell.*

L. 24. c. 12. L. c. b.) Didac. Covarr. Part. 3. Rel. ad c. quamvis de pact. in 6to §. 1. n. 5. Jason. in auth. Sacr. pub. C. si adv. vend. n. 19. & præced. Rittersh. d. differ. J. C. & Can. L. 5. c. 19. verb. sequens. c.) v. Beust. ad L. 9. §. 4. ff. de jurej. n. 2. p. m. 267. Brunner. ad L. 17. §. 1. ff. eod. n. 9. Bartol. in L. 3. C. de in integr. rest. min. pr. & §. 1. d.) v. Cujac. ad L. 101. ff. de V. O. Hahn. ad Wefenb. tit. de pactu n. 5. v. minores c.) v. Hillig. ad Don. L. 14. c. 12. L. d. f.) Consent. Brunner. ad L. 3. C. de in integr. min. n. 2. seqq. Schotan. ad ff. Disp. 14. l. 17. Fachin. Controv. L. 3. c. 9. Conf. Joh. Robert. animad. Jur. Civ. L. 1. c. 12. g.) Ritter. de Homag. c. 8. th. 108. v. Jason. ad auth. Sacrum. pup. C. si. adv. vend. n. 71. Setser. de Juram. L. 1. c. 11. n. 3. h.) Carpz. Part. 2. c. 6. d. 6. n. fin. i.) v. Bartol. in L. 4. ff. de in lit. jur. n. 8. & præced. k) v. Joh. Philipp. ad O. P. S. T. 18. Consid. 7. n. 5. Berl. part. 1. concl. 34. n. 33. Carpz. L. 3. Resp. 62. n. 22.

C

Th. V.

Th. V. Civiliter etiam, ad effectum se obligandi, intelligere & vel-
 le non creditur prodigus is, cui bonis interdictum est, Curatore dato,
 propterea; sine Curatoris consensu neq; ad hoc iuramentum se offer-
 re potest, neque volens ad illius præstationem admittendus est, Quam-
 vis enim prodigus recte sibi, etiam absque Curatore, acquirat, *L. 6. ff. de*
V. O. monasterium ad corrigendos mores malos intret. C. 20. X. de re-
regular. minori, Curatorem habenti, similis esse videatur *L. 3. C. de in in-*
tegr. rest. min. cum pupillo comparatur *l. 9. §. 7. ff. de reb. cred. & de-*
linquere possit. a. L. 12 §. f. ff. de Tut. vel Curat. a.) Non tamen ad
 præstationem iuramenti Civium se recte offert prodigus solus, aut i-
 dem præstiturus audiendus est, caret enim iudicio sufficiente, & furio-
 so similis est, qui nullam se obligandi potestatem habet, adeoque ejus
 persona incapax est, ut per iuramentum obligetur. *L. 1. ff. de Cur. fu-*
rios. L. 40. ff. ad R. l. Et, quemadmodum morbus animi in furioso
 mentis sanitatem & usum impedit, ita in prodigo mala consuetudo
 dissipandi bona, legisque dispositio sanæ mentis usum adeo remoratur,
 ut, cum de se obligando agit, instar furiosi, voluntate destitui creda-
 tur. Unde fit, quod prodigus etiam a testamenti factioe excluditur
L. 18. ff. qui test. fac. poss. b.) Non obstant mota in superioribus dubia,
 nam jurans in actu non meram acquisitionem continente, sed etiam
 obligationem introducente, versatur: monasterii ingressus indicium
 est animi ad saniores mores redeuntis, & dissipandi occasionem tol-
 lit, *v. N. f. c. 5.* imo nec ipsum *c. 20. X. de regular.* de prodigo declara-
 to loqui videtur. In *L. 3. C. de in integr. rest.* minor Curatorem ha-
 bens cum prodigo confertur, non simpliciter, sed secundum quid, ra-
 tione prohibita alienationis bonorum. Pupillo autem prodigus com-
 paratur oppositive ad furiosum, qui ne quidem stipulando acquirit, at
 pupilli & prodigi stipulando acquirere possunt. c.) Si vero prodigus,
 consensu Curatoris accedente, de Jurisjurandi virtute recte informa-
 tus, arbitrio Magistratus præcedente iuramentum hoc præstitit, ob-
 ligatorium illud esse, non ambigimus. *a. L. 6. ff. de V. L. 3. C. de in*
integr. rest. min. Auth. Sacramenta puber. C. si adv. vend. c. 1. X. de de-
lict. puer. c. 28. X. de Jurej.

a.) *Cons. Bacch. ad Treutler V. 2. Disp. 30. th. 6. a. Diff. Treutl.*
c. 1. b.) v. Covarr. Part. 2. Rel. c. Quamvis de pact. 6. §. 3. n.
ii. Jason. in Auth. Sacrament. puber. C. ff. adv. vend. num. 19.
 Bartol.

Bartol. in L. 6. ff. de V. O. n. 7. Setfer. de Juram L. 1. c. 5.
n. 8. c.) Zaſ. in L. 6. ff. de V. O. n. f. Gœddeus de contr.
& committ. Stip. c. 7. n. 123.

THEſ. VI. Actum eſt de Perſonis, intelligendi volendiq; facultate naturaliter vel civiliter deſtitutis, *agendam nunc eſt de iis, in quibus intelligendi & volendi facultas quidem non deſicit, ſed actus, idq; accidit ob intellectus deceptionem: intellectus autem deceptio proficiſcitur ex errore in apprehenſione, atq; is dependet a dolo aut culpa, & juramentum recipientis, vel jurantis, vel tertii alicujus. Ubi dolo inductus Magiſtratus Civitatis juramentum ejus admittit, qvi, ſi abſque hoc dolo fuiſſet, nunquam in Civium numerum receptus eſſet, nullam ex Jurisjurandi vinculo naſci, reſpectu Magiſtratus illius, obligationem arbitramur, idem aſſerturi, ſi de Magiſtratus dolo in exigendo hoc juramento conſiſterit. Quod ſi igitur is, qvi ſuo ſceleri alieni Magiſtratus territorio emigrare juſſus eſt, ob crimen adulterii vel homicidii &c. falſo honeſtæ dimiſſionis teſtimonio uſus fuerit, eoq; ignorantia alterius civitatis Magiſtratus perſuaderit, ut ad Jura & Juramentum Civium, quamvis jure Civitatis indigniſſimus, admitteretur, proſectam ex hoc dolo receptionem, admiſſamq; Juramenti præſtationem in præjudicium decepti Magiſtratus, nullius roboris eſſe exiſtimamus fac. §. 4. ff. de ſociet. L. 65. §. 3. ff. eod. non aliam deſenſuri ſententiam, rat. præjudicii jurantis, ſi magiſtratus eum, qvi nulla neceſſitate ad petenda & ſubeunda Civium jura atque onera devinctus erat, falſo perſuaſa neceſſitate, ad impetranda Civium jura præſtandumque hoc juramentum dolo induxerit. Nam, quoties dolus cauſam conſenſui dedit, conſentiens id, in quod conſenſit, noluiſſe creditur ob errorem, ex quo conſenſus ille proſectus eſt, quandoquidem errantis nulla voluntas eſt, L. 15. ff. de Jurisd. & iniquum videtur, ex ſuo dolo quenquam obligationem acquirere. Aliud, dolo tertii intercedente, & receptioni civis Juramentive præſtationi cauſam dante, aſſerendum eſt: nam, cum partium, inter quas contrahenda eſt obligatio, nulla hic verſetur malitia, juramentum civem Magiſtratus, & receptio Magiſtratus Civis obſtringit, dummodo in reiſpla non deprehendatur vitium, obligationem impediens. Quoniam vero alterius dolo circumventus vel Magiſtratus eum numero Civium accenſet, quem, ſi abſque hoc dolo fuiſſet, in Civitatem non recepſſet, vel ad juramenti civium ſolutionem*

tionem accedit, qui, dolo tertii non inductus, nunquam de se magistratui, per Jusjurandum, obligando egisset, adversus decipientem, cuius dolo producta est hæc obligatio, actio ad consequendam indemnitatem competit. Quoties autem *dolus incidens* errorem in recipiente, vel præstante hoc juramentum, peperit, ut, si recipiendus opimiora esse civium jura, quam sunt, dolo, à Magistratu persuasus fuerit, tunc ipsa obligatio ex receptione & juramenti præstatione non impeditur; at is, cui dolo nocitum est, arbitratur, an propter hunc dolum obligationem rescindi, an vero damni hinc proficiscentis satisfactionem peti æquius sit, quod postremum facere tantummodo licet, cum extranei dolus incidens receptionem petenti & juramentum præstanti nocuit: ille dolus enim dolum adhibentem ad indemnitatem præstandam obligavit, *a. L. 47. ff. a. R. I.* Atque hæc, naturali ratione spectata, de Magistratus receptione, vel juramenti civium præstatione, cum dolus illi vel causam dedit, vel incidens fuit, asserenda videntur. a.)

) *v. Hug. Grot. d. J. B. & P. l. 2. c. 13. th. 4. Sam. Pufend. de J. N. & G. c. 6. §. 8.*

THESES. VII. At, quid *Jure vel Civili vel Canonico* de his casibus sentiendum crit? *Idem omnino decidendum esse existimamus.* Nam, omnia, quæ animi destinatione agenda sunt, non nisi vera & certa scientiâ perfici possunt, ut inquit Papinianus in *L. 76. ff. de R. I.* Juramentum vero ob eam, quam habet, obligandi animam hominum virtutem vel maxime deliberata animi voluntate & destinatione præstandum est, ac proinde certam scientiam desiderat, sed ea in decepto deficit, quis ignoranti & invito similis est. *a. L. 116. §. ff. de Reg. Jur.* Et quemadmodum conditio, conventioni adjecta, obligationem, usque ad illius existentiam, suspendit, eaque deficiente, eandem nullam reddit; ita is, qui dolo ad jurandum inducitur, non, nisi sub ea qualitate, qua inductus est ad jurandum, ex juramento se obligari vult, unde, illa qualitate deficiente, deficit etiam ex Jurejurando obligatio, quippe quæ ultra jurantis intentionem non contrahitur. *a. L. ff. ad Munic. L. f. C. de non numer. pec.* Eaque sententia nec à Jure Can. abhorre videtur. *a. c. humana. c. Juramenti, caus. 22. qv. 5. c. un. X. de nov. op. nunc. a.)* Non obstat i.) quod in juramento non sola persona ejus, cui juratur, respiciatur, sed etiam is, qui Jurejurando invocatur, DEUS: Deus enim, *ναεδιογνάσης*, intentionem jurantis, non sola verba respicit, nec jurantem peccati reum facit, qui bonâ mente nomen

men Dei ad confirmandam intentionem suam invocat, sed alterum, qui dolo efficit, ut inutili iurijurando divinum nomen adhibeatur v. d. c. humanæ. Non obstat. 2.) quod in c. 28. X. de jurejur. vi & dolo præstita juramenta conjungantur, haud obscuro, ut videri poterat, indicio vim aliquam obligandi utrique juramento inesse: nam utraque non servanda esse dicuntur, an autem alterum prævia absolutione, alterum citra absolutionem servari non debeat, illic non exprimitur, sed ex jurantis intentione, & reliqua Jur. Can. dispositione colligendum est. vid. c. 18. X. de Jurej. Coeterum, error ex culpa proficiscens vel Magistratus juramentum recipientis, vel jurantis, cum culpa jurantis vel magistratus propria intercedit, eum, qui culpam admisit, onerat, a. L. 9. C. ad Leg. Falcid. & quando tertius culpæ reus est, eundem ad indemnitate præstandam obligat, ipsum vero Jurisjurandi vinculum ab obligandi virtute non suspendit. a. L. 203. L. 155. ff. de R. I. b.)

- a.) v. Covarr. Part. 3. Relect. ad c. Quamvis de pact. in 6. §. 4. n. 3. Jason. in auth. Sacramenta puberum. C. si adv. vend. n. 60. 62. Franzk. L. 2. Res 4. n. 3. seqq. Setser. de Juram. l. 1. c. 23. Hahn. ad Wesenb. t. de Jurej. n. 14. Diff. Bacchov. ad Treutl. V. I. Disp. II. th. 10. L. a. Conf. Andr. Rauchbar. part. 2. qv. 4. n. 46. seqq. b.) v. Joh. Balth. Zahn, Technogr. Jur. Munic. c. 14. n. 18.

Thes. VIII. Quia vero voluntas non saltē enixa, sed etiam remissa obligat L. 21. §. 5. ff. quod met. caus. quæritur, annon coacta, vel Magistratus Juramentum recipientis, vel Persona Juramentum præstantis voluntas obligationem producat? Ubi non de illa coactione loquimur, quam jure suo Magistratus suscipit, quando secundum statuta vel mores Civitatis eos, qui intra certum tempus in Civitate commorati sunt, & ad præstationem juramenti se non obtulerunt, citat, citatosque vel juramento se civitati obstringere, vel urbe emigrare jubet: a.) hæc enim coactio nihil iniquitatis continet, quam jure permittente magistratus suscipit, L. 3. §. 1. ff. quod met. caus. sed injustam potius coactionem intelligimus. Veluti si plebs concitata eum, qui Civitatis jure alioqui non potiretur, tumultu facto, inter cives referri, & ad juramentum civium admitti desiderat, Magistratusque evitandi majoris mali ergo in receptionem illius consentit, aut is, qui ad impetra-

tranda Civium jura, præstandumque hoc juramentum jure compelli non poterat, de facto, ut loquuntur, non jure, necessitati præstandi hujus juramenti subicitur, cum extra metum constitutus in præstationem juramenti non consentiret. His casibus omnem vim obligandi jurijurando & receptioni denegare non licet. Equidem plenissimæ libertati suæ relictus neque magistratus receptionem, neque juramento se obligaturus illius præstationem susciperet, quam uterq; justo metu compulsus, non detrectat; at, quia uterque, majoris mali evitandi gratia, minus malum eligit, actus ipse pro invito agnosci non potest, & quamvis spontaneus dici nequeat, cum actu externo concitata voluntas ad electionem pervenit, attamen hic actus non nihil de spontaneo, non nihil de invito actu participat, consensumque parit liberum secundum quid, non simpliciter. Quia vero juramentum, etiam voluntati minus plenæ accedens, fundamentum invenit, cui innitatur, ad effectum producendæ obligationis, mirum videri non debet, quod metu extorta promissio actionem jure civili producit, & eandem æquitate exceptionis, quod metus causa, demum excludi docet Prætor. in l. 1. ff. quod met. caus. unde colligitur, juratam coactæ voluntatis expressionem & promissionem jure civili omnino obligare, ne simplici promissioni major efficacia insit, quam juratæ asseverationi. Et cum *Juris Can. à civili jure dissensus, circa validitatem obligationis ex coacta voluntate proficiscentis, doceri non possit*, imo potius summam utriusque Juris concordiam indicet. c. 2 3. 4 5. X. quod met. caus. c. 8. 15. X. de Jurej. coactam in numerum civium receptionem Juramenti, que præstationem omnino obligatoriam esse contendimus; præcipue, quia postremo casu jurans non errat, sed ad conciliandam majorem promissioni suæ, dere non illicita, fidem, Divinum Nomen sciens invocat, illiusque omnipotentiam violatæ fidei vindicem esse capit.

a.) v. *Christinæus ad LL. Municip. Meeblin. L. 1. art. 42 n. 7.*

THESES. IX. A qua sententia non recedimus, moti fundamentis Hahn. ad Wesenb. a.) qui juramentum metu extortum, etiamsi conventioni validæ accesserit, jure civili nullum esse sibi perlsuadet. arg. L. 5. C. de LL. L. 7. §. 16. ff. de pact. ii. ant. Sacramenta puberum. C. si adv. vend. Nam, L. 5. C. de LL. & L. 7. §. 16. ff. de pact. juramenti virtutem excludunt, quando actus, cui juramentum adhibuit, simpliciter est prohibitus, nec ejusdem rescindendi gratia prohibitum est

Jure

Jure remedium, quod quoties suppeditatur, manifesto est indicio, actum, contra Jura susceptum, nullum esse, sed rescindi posse. At nostro casu Jus Prætorium, qua ratione vi extorta promissio rescindi debeat, exponit, & restitutionem, ex capite metus justii, concedit, ergo ipsam promissionem non ab initio inutilem, sed rescindendam esse indicat. Alioqui pari cum fundamento assereretur Mutuum filios contra Jcti Macedoniani prohibitionem datum, ipso jure, ob legis prohibitionem, nullum esse, *L. 1. ff. ad Scctum Mac.* ex quo natam tamen conditionem ex mutuo exceptione demum excludi constat, *L. 1. ff. ad Scctum. Mac. b.*) *Auth. Sacramenta puerum C. si adv. vendit.* verò, per justum metum extorta a Majoribus juramenta nullius momenti esse jubet, hoc ipso non tam respiciens ad initium obligationis quam ad effectum, non aliter atque *in L. 22. ff. quod met. caus.* quicquid metu gestum est, nullius momenti esse dicitur, quia adversus hujusmodi gesta restitutio conceditur. Accipiuntur itaque in dicto *Auth.* juramenta, per justum metum extorta, oppositive ad juramenta sponte præstita, quæ restitutione in integrum rescindi nequeant, cum contra ex metu justo præstita juramenta rescissioni obnoxia sint, atque sic, spectato effectu, eodem recidant, ac si ab initio nullius momenti fuissent, *fac. L. 112. ff. de R. I. c.*) Pariter *Jure Can.* Juramentum hoc metu extortum obligandi vim habere, asseruimus supra, neque hanc sententiam infirmari putamus, 1.) *per c. 14. c. 15. X. de sponsal.* ubi, metu interpositum consensum matrimonialem non obligare, defenditur, licet eidem juramentum accesserit. Distingvendum enim est inter negotia, quæ ex legis dispositione consensum simpliciter liberum ad sui constitutionem desiderant, & ea, quæ voluntate quamvis restricta conciliari queunt. Inter ea referimus matrimonium, quod ob individuum vitæ consuetudinem, omnisque fortunæ communicationem *v. L. 1. ff. de rit. nupt.* summam voluntatis libertatem requirit. *L. 12. L. 14. C. de nupt.* His accensemus voluntatis, de se civitati obligando, declarationem, illic consensui nihil tam contrarium est, quamvis & metus *L. 106. ff. de R. I.* hic coacta voluntas obligatoria est. 2.) *Minus dubii parit. c. 28. X. de Jurej.* quod a contrario sensu servari non vult juramenta, accedente vi, præstita: nam, argumentum a contrario sensu contra expressos textus (quos v. supra) nihil probat, qui enim candela accensâ soli lucem foenerari, vel ab obscuris declaratio-

nem

nem veritatis, sua luce radiantis, petere necesse est? Præterea in *d. c. 28.* non exprimitur modus, quo non sit servandum hoc juramentum, an ipso jure, an prævia absolutione à juramenti vinculo, absolutionis vero necessitatem supra adducti textus arguunt, d.) Denique Covarruvias dictum *c. 28.* ad juramenta contractibus, Jure Civ, prohibitis, adjecta restringere videtur. e.)

- a.) Hahn, ad Wefenbec, *tit. de jurej. num. 14.* b.) v. Arnold. Vinn. *Select. jur. quest. L. 1. c. 1. j.* Brunne-
man. *ad autb. Sacramenta puber. C. si adv. vend. num. 6.* c.) Conf. Bacchov. ad Treutl, *V. 1. Disp. 21. et 2. l. c. Diff.* Bartol, *ad autb. Sacramenta puber. C. si adv. vend. num. 28.* d.) v. Seraphinus de Seraphinis *de priv. Juram. priv. no.* Franzk. *L. 2. Resolut. 3. num. 31. seqq.* Struv. *S. 7. C. Ex. 17. et 16.* Setser. *de Juram. l. 1. c. 19.* Cujac, *ad c. 1. 2. 8. X. de jurejur. Andr. Rauchbar. Part. 2. qu. 4. num. 50 seqq.* e.) Covarruv, *Part. 3. Relect. ad c. Quamvis de pact. 6. §. 4. num. 2.*

THES. X. Quoniam præterea voluntas alia directa, alia indirecta est, an utraque facta mentis declaratio, vel in Magistratu, juramentum Civium accepturo, vel in eo, qui juramentum Civium præstiturus est, sufficiat, videndum. Est autem directa voluntas, vel antecedens, vel concomitans, vel subsequens, eaque vel immediatè, vel mediatè, velut adhibito Procuratore, declaratur. Antecedentem & concomitantem Magistratus Juraturus, voluntatem omnino sufficere, vix quisquam dubitabit, eum frequentissime Magistratus Civitatis eos, de quibus in Civium numerum referendis agitur, vocet, suamque in recipiendo hoc Juramento voluntatem ostendat, vel petito ejus, qui hoc Jurejurando se obstringit, deferat, vicissim juratorus, vel ab initio suam intentionem exponat, vel in jurisjurandi, à Magistratu exacti, præstationem ipso facto consentiat. *fac. L. 5. C. de nupt. L. 7. §. 1. l. 12. ff. de Sponsal.* Sed an Magistratus nomine voluntatis, de recipiendo hoc juramento, facta declaratio eo tempore, quo Magistratus exacti, præstationem vel à Procuratore falso, aut negotiorum gestore, nomine Principalis aut absentis facta voluntatis, de præstando hoc juramento, significatio, per ratificationem confirmari possit, non caret omni scrupulo, Nihilominus

minus affirmativa sententiæ calculum nostrum adjicimus. Quamvis enim illa voluntatis alienæ indicatio, sine mandato facta, ipso jure nulla videri possit. *a. L. 24. C. de proc. ipso jure autem irrita per ratihabitionem confirmari nequeant. s. 29. X. de Elect. non tamen hanc ratihabitionem effectu suo destitui putamus; nam, ea est ratihabitionis natura, ut prorsus retrahatur, & confirmet ea, quæ ab initio subsecuta sunt. L. f. c. ad SCrum Mac. a.)* adeo ut ne quidem in actibus, speciale mandatum requirentibus, plane excludatur. *a. c. f. de jurej. in 6to. L. 26. ff. de min. b.)* Quod vero ipso jure irrita esse sine mandato à procuratore gesta memoratum est, tum concedi potest, quando in Procuratore absoluta est inhabilitas, vi cujus ne quidem tale mandatum suscipere possit, aut, si principalis ratihabitionem facere detrectat, non vero, cum Procuratoris falsi factum ob deficiens saltem mandatum inutile est, ipsaque ratihabitio, re adhuc integra, suscipitur. *d. L. 3. §. 1. ff. rat. rem hab. L. 1. ff. de R. J. L. 9. C. de neg. gest. d. L. f. C. ad SCrum Mac. L. 60 ff. de R. J. c.)*

a.) Tusch. *Tom. 1. Concl. 276. num. 40.* b.) Tabor & Barbof. *Axiom. L. 16. c. 4. a. 14. Brunnem. ad L. 26. ff. de minor. num. 2.* c.) Tuschus *Tom. 6. Concl. 23. 24.* Anton. Faber. *in Cod. L. 4. t. 20. d. 1.*

THESES XI. Inducatum est huc usque quod ad Juramenti Civium præstationem se per Procuratorem offerre liceat, unde prætereundum non est, *an is generali saltem, an vero speciali mandato instructus esse debeat?* Videri quidem poterat, generale mandatum, quo Procuratori committitur, ut Jus Civitatis certo in loco mandantis nomine petat, sufficere, quia parum interest, utrum quid nomine suo, an vero ea demonstratione, quæ nominis vice fungitur, exprimatur. *L. 6. ff. de reb. cred. ipsaq; Juris Civitatis petitio virtualiter obligationem ad præstationem hujus jurisjurandi continere præsumitur, quando quidem in Civium numerum cooptatio, non nisi prævio hoc juramento, fieri solet, a. L. 56. ff. de Procur. & qui vult finem velle etiam creditur media ad finem ducentia d. L. j. L. 2. ff. de Jurud.* Verum enim vero, quoniam ea, quæ notabiliter fiunt, nisi specialiter exprimantur, videntur omissa, *L. 15. §. 26. ff. de injur. L. 25. §. 1. ff. de minor.* ipsa mandata sunt strictissimæ interpretationis *c. 32. X. de offic. & potest. Jud. de leg. eaq; ad juramentum obligatio actum maximi præjudicii sanctissimæque ob-*

D

liga-

ligationis respicit, nominatim Procuratori obligationem ad jurandum a Principali mandandam, vel haud obscure illi intentionem jurandi declarandam esse existimamus; ubi enim speciale mandatum requiritur, non quælibet, sed tantum ex certissimis animi indicis profecta specialis præsumtio voluntatis sufficiens est, d. L. 25. §. 1. ff. de minor. L. 25. §. 5. & 7. ff. de acq. vel. omitt. hered. obligatioque ad juramentum Civium exhibendum a petitione & impetratione Juris Civitatis separari potest. v. a. c. f. de Jur. cal. in 6to. inde probabile videtur Jus Civitatis opera Procuratoris petentem, sicuti Juramenti præstationem, ita curam in declinando juramento Civium, sibi reservasse. *Indirecte* recipiendi & jurandi voluntatem Magistratus, ut & assumendus ostendere videtur, per immobilium comparationem & impetratam judicialem traditionem, quando ex statuto, ementi recte perspecto, non alius ea suo nomine possidere potest, quam, qui in Civium juratorum numerum relatus est, & ex qualitate personæ jura Civitatis ambientis aliisque circumstantiis spæ immunitatis a præstando juramento Civium colligi nequit.

a.) v. Carpz. *Part. 2. C. 12. d. 12. Tusch. P. 2. Concl. verb. Mandatum. Concl. 52 n. 8. seqq. Setfer. de Juram. L. 1. c. 14. n. 9. Ziegler. ad Inst. Jur. Can. L. 3. tit. 1. §. 13. verb. Juramento. Martini Comment. For. in T. 18. Ordin. Process. Saxon. §. 9. num. 28.*

CAPUT III. DE SUBJECTO JURIS JURANDI CIVIUM.

THEM. I.

A Causa Efficiente transitus ad *Subjectum Juramenti Civium*, idque est vel *activum vel passivum*. Activum sunt Personæ, quæ jurant, passivum sunt personæ, quibus juratur. Subjectum activum primo loco considerabimus, in quo deprehendimus, alias personas juramentum hoc præstare, alias non præstare, has ad Subjectum negativum, illas ad affirmativum referemus, ut spectatis personis, hoc juramentum

mentum non præstantibus evidentius appareat, quam nam personæ ad illius præstationem devinctæ sint. *a. pr. J. d. de his qui sui vel alien. Jur.* In Subiecto autem negativo invenimus personas alias, quæ juramentum hoc præstare non tenentur, alias vero, quæ illud juramentum præstare prohibentur. *Non tenentur autem juramentum Civium exhibere. hi quibus in ipsa concessione juris Civitatis gratia illius Juramenti facta est,* quamvis ipsi non deteriore jure Civitatis gaudeant, quam hi, qui actu hoc juramentum solenniter dixerunt, quandoquidem remissum juramentum, respectu juris per juramenti præstationem acquirendi, eundem habet effectum cum juramento præstito. *a. L. 6. ff. de jurej. L. 9. §. 1. ff. eod.*

THESES. II. Ut autem de hujus sententiæ veritate liquido constet, examinanda prius est quæstio, *an Juramentum Civium à Magistratu remitti queat?* A magistratu Municipali factam remissionem hujus jurisjurandi inutilem esse asserit Dn. Joh. Eichel. a.) quæ sententia brevibus perpendenda erit. Equidem huic juramento vel infertum est Homagium s. juramentum subjectionis, idque à Magistratu Municipali, cum intuitu superioritatis territorialis Principi præstetur, remitti nequit, quandoquidem ille Magistratus suo non Principis juri renunciare potest, *a. L. 1. C. de Usufr. L. 38 ff. de pact.* vel Juramentum Civium ab homagio est separatum, sive ob formulam ab homagio distinctam, quam lex aut consuetudo introduxit, sive propter juraturæ qualitatem, qui homagium Principi jam antea dixit, hoc casu aut juramentum jurantem Magistratui tantum, aut Magistratui & Civitati universæ simul, quod plerumque fieri solet, obstringit. Priore casu remissioni locum esse putamus, nam, nulla Lex Magistratum Juri suo renunciare prohibet. *L. 29. C. de pact. L. 51. C. de Episc. & Cler. L. 31. ff. de pact. c. 5. X. de arbitr.* posteriore casu remissionem à Magistratu solo Civitatis fieri non posse credimus. *a. L. 27. ff. de R. J. L. 3. C. de in lit. jur. L. 1. C. de usufr. L. 31. ff. de S. P. R. nisi consuetudine vel statuto aliud introductum sit. a. L. 32. ff. de U. L. 80. ff. de R. J. b.)* Ita enim nonnullis in locis stipulata manu facta promissio juramenti locum occupat, ut infra pluribus recensèbitur. Non obstat, quod ipsa receptio Civium æquo Magistratus arbitrio relinquatur, & plus esse videtur, suo arbitrio Civem recipere vel recusare, quam recipiendo Juramentum Civium remittere: adeoque illi, cui plus licet, permitti etiam debet

id, quod minus est. L. 21. ff. de R. J. nam, actus certam formam & naturam habentes libera voluntate non raro suscipi vel omitti possunt, verum susceptis iis forma præscripta tuto non negligitur. Quilibet regulariter summa cum libertate eligit, utrum testatus an vero intestatus decedere velit, ubi autem ad testandi actum perventum fuerit, non licet eum proprio arbitratu, sed secundum præscriptam in legibus formam dirigere, sub gravissima nullitatis poena. L. 55 ff. de Leg. 1. L. 20. C. de testam. pr. J. quibus non est perm. fac. test. fac. l. 27. ff. de R. J.

a.) Eichel. *Dissert. de Jur. Civit. part. post. c. 1. n. 2. §. Ex hactenus.*

b.) Gail. L. 1. obs. 40. num. 10. Brunneman. in L. 29. C. de pact. num. 11. Bartol. in L. 31. ff. de pact. Tab. & Barbof. Axiom. L. 6. c. 11. ax. 4.

THES. III. Sicuti autem ex benignitate Juramenti Civium remissionem nonnunquam fieri indicatum est, ita in dubium vocari potest, annon ipsa necessitas hanc remissionem imperet, quando mutus & surdus, vel dūjunctim, vel conjunctim, talis, in Civium numerum recipiendus est: illa enim audiendi vel loquendi facultate, aut utraque destitutos nonnunquam tam felici esse ingenio & artificio constat, ut ipsa natura sensuum, quorum integer relictus est usus, perfectitudine reliquorum defectum supplere voluisse credatur, iidemque propterea Civitatis jure non indigni esse judicentur. Exemplum in bibliopego quodam, Cive Francofurtensi, refert Brunnem. ad L. 10. C. qui test. fac. poss. num. 8. qui, licet natura mutus & surdus esset; attamen artem suam non tantum exacte didicerat, sed etiam animi sensa aliis exquiritur communicare poterat, novellas, fere primus, in civitate norat, & conjunctarum personarum sensa, propemodum ex solo labiorum notu, intelligebat. a.) Non igitur necessitatis esse hanc juramenti remissionem existimamus, si conceptam juramenti formulam, illiusque virtutem, quamvis aliorum usus adminiculo, juraturus recte intelligat, sive hac probe cognita Deum καὶ θεοῦ νόον in testem invocet, animique mentem signis exterioribus explicet, sive scribendi facultatem habens intentionem suam literis exprimat, sive per Procuratorem, arbitrio Magistratus admissum, (de quo in forma tractabimus) juramentum solenne præstet, sive, qui solo surditatis vicio laborat legendique peritiam habet, concepta verba ex scripto recitans juret. a. L. 10. C. qui test. fac. poss. Nam ille, qui jurejurando invocatur, Deus, non
exter-

externam solennitatem juramenti sed mentem jurantis & intentionem respicit. *v. c. si quid inveniisti Caus. 14. q. 5. c. Erubescant. dist. 32. b.*) Quoniam itaque nullâ lege ad juramenti formam verba requiruntur, non possumus concedere in partes Bartoli & Goeddei, c.) quorum ille obligationem, quæ contrahitur Jurejurando, verbis contrahi, ait, hic per verba, in Scripturam redacta, non jurari, sed voce prolata jurantis verba Scriptura comprehendi posse asserit, sicuti emptio venditio, locatio conductio, stipulatio, mutuum, in Scripturam probationis gratia recte redigitur, *L. 17. C. de fid. instrum. L. 1. C. de contrab. stip. L. 4. ff. de pignor.* frequentissimè enim Jusjurandum intercedentibus verbis perfolvi largimur, non aliter, atque matrimonium per verba, consensum exprimentia, contrahi plerumque solet; at, quemadmodum muti & surdi contrahunt matrimonium consensu mutuo, sine verbis. *cap. 25. X. de sponsal.* ita muti & surdi Jusjurandum præstant, animi voluntate aliter declarata, sine verbis. Nec obstat 1.) *N. 17. Cap. 6.* ibi enim non de jurejurando, sed verbo fidei, sive securitatis publicæ non facile ultra triginta dies dando illis, qui ad locum sacrum confugiebant, agitur nulla vero juris ratione indicatur, quod juramentum sine verbis esse nequeat, hinc vocabulum jurisjurandi illic nonnulli de salvo conductu explicant, & Cujacius per verba intelligit λόγους ἀσολίας, d.) quem verborum sensum ipsa substrata materia desiderat. *a. L. 67. ff. de R. I.* Minus pro Bartoli sententia facit *L. 13. ff. de acceptil.* quæ saltem docet, obligationem operarum, per Jusjurandum liberti interpositam, acceptulatione tolli posse, adeoque verbis constitutam obligationem contrariis verbis dissolvi, *L. 35. ff. de R. I.* solebant enim liberti Patronis operas jurejurando, verbis accedentibus, promittere, *L. 7. de oper. Libertor. j. L. 56. ff. de fidejuss.* non verò ostendit, Jusjurandum sine verbis fieri non posse, eademque ad juramenti essentiam requiri. *fac. L. 18. §. 1. L. f. ff. de acceptil. c.)* 2.) Non obstat *c. Clericus pen. X. de jurejur.* ibi enim Clericus, qui juraverat, se statuta, in Ecclesiâ suâ edita, servaturum, promiseratque per idem juramentum statutum, quod postea subsecutum erat, fideliter se observaturum, ex promissione ea, tanquam jurejurando, non teneatur, non ob verborum defectum, hæc enim sub vocabulo promissionis non excluduntur, sed, quia juramentum non porrigitur ad ea, de quibus, tempore præstiti juramenti, dictum aut cogitatum non est. *c. 16. & 25. X. eod. f.)*

a.) *J. id. Brunnem. ad L. 6 ff. qui test fac poss. n. 11.* b.) Covarr. Part. 1. relēt. c. *Quamvis de pact. in bro pr. num. 6.* Fachin. controv. L. 3. c. 8. Setfer. de Juram. L. 1. c. 9. num. 6. 7. Joh. Borcholt. de jurej. c. 1. n. 27. 28. Ludov. Engel. Colleg. Jur. Can. part. 3. L. 5. c. 36. §. 34. n. 2. d.) v. Cujac. ad d. N. 17. lit. f. Setfer. c. L. n. 7. Bartol. ad d. N. §. Sed neq. n. 1. c.) Conf. Bach. ad Treutl. V. 2. D. 27. tb. 1. L. 1. f.) Cujac. in d. c. pen.

THES. IV. Perpendimus personas, quæ Juramentum Civium præstare non tenentur, progrediamur ad eas, quæ idem *persolvere prohibentur*, idque sit juro vel Generali, vel Speciali. *Generali Jure* à præstatione hujus Juramenti excluduntur primo *Fœminæ*, cum enim illas muerum publicorum personalium incapaces regulariter jura declaraverint, L. 2. ff. de R. J. L. 3. §. 3. ff. de muner. & honor. L. ff. de tut. onera autem patrimoniorum sustinere voluerit, L. un. C. de mul. in quo loc. mun. Jusjurandum nostrum vero imprimis Civem ad onera personalia, in salutem Reipl. ferenda, obstringat, eundemque ad defendendam sua opera Civitatem artissime devinciat, à mulieribus, ad virilia officia regulariter in idoneis, juramentum hoc non exigi pletisque in locis visum est, quamvis ipsæ mulieres suo modo jure Civitatis fruantur, illique obstringantur, vi vinculi, quo maritus civitati tenetur. a. L. 8. ff. de Senat. a.) Hinc immobilia sibi in Civitate, cum in hærentibus oneribus & emolumentis, comparantes Viros adhibere solent, qui, in solvendis hæc oneribus diligentem curam se adhibituros esse, promittant, iique appellari vulgo solent, die *Lehnträger*. Neque his repugnat, quod fœmina intuitu feudi, quod possidet, juramentum fidelitatis præstare tenetur. a. 11. feud. 3. c. un. §. verum. de stat. regul. 6. nam feudi ex propria persona simpliciter incapax non est fœmina, quæ per primam investituram & per successionem feudi jura consequi potest, 11. feud. 3. 50. 30. ac proinde fidelitatem jurare debet b.) at imbecillitas & verecundia sexus non patitur, ut eadem vel ad honores Reip. promoveatur, a. L. 12. §. 2. ff. de Jud. vel virilibus officiis fungatur, a. L. 1. §. 5. ff. de post. vel defensiones alienas suscipiat. a. L. 13. C. de procur. L. 2. ff. de injur. unde nec regulariter Civitatis Jure donari solet.

2.) Eichel de Jur. Civ. c. 2. verb. qui prohibentur. Ritter. de homag.

homag. c. 5. n. 107. j. Anton. Perez. in C. L. 10 t. 62. n. 8.
12. 13. b.) Carpz. *Diff. feud. 6. tb. 24.*

Prohibentur secundo Juramentum Civium præstare *Judæi*, qui ob gravissimum odium, quo in Christianos feruntur, blasphemias, quibus in Christum Salvatorem nostrum invehuntur, insatiabile usurariæ pravitatis studium metuendumque ab iis in Civitatibus scandalum, jure Civitatis sunt indignissimi. Et, quemadmodum jam olim in Civitate degentes oneribus onerati, honoribus autem indigni judicati L. 5. L. fin. C. de Jud. interque viles, & perpetuæ servituti quasi subjectas personas relati sunt, c. 13. de *Jude. a.*) Ita hodie quoque in Civitatem recepti, non tam jure Civitatis speciali gaudent, quam certis juribus incolatus & commerciorum, conventionione vel statuto determinatis, utuntur, unde onera Civium agnoscere tenentur, ad honores vero aspirare vetantur. b.) De qua onerum & limitata Jurium communione accipiendum videtur in dubio, quando Dd. Jure Civium *Judæorum* in Civitatibus uti asserunt, a. L. 27. C. de *testam. c.*) Interim ipsa *Judæorum* receptio, non Magistratum municipalium arbitrio relicta, sed in imperio nostro regalibus accessita est, *Aur. Bull. c. 9. Ord. Polit. de Anno 1548. tit. von Juden und ihrem Bucher.*

a.) Udalr. Zasius de *Jud. quæst. 1. pr. j. Churf. Sächf. Berge*
Ordnung. art. 76. b.) Grœnev. de LL. abrog.
in L. 5. C. de *Jud.* c.) v. Brunnem. ad L. 7. C. de *Jud. n. 8.*
Eichel. de *Jur. Civ. c. 2. verb. Qui prohibentur. j. Carpz.*
Part. 4. C. 32. D. 22. f. d.) Regner, Sixtin. de *Regal.*
L. 1. c. 5. n. 19.

THES. VI. Tercio ab hoc Civium Juramento arcentur *Hæretici*, quos ob perversæ doctrinæ defensionem Jure civitatis indignos esse, recte asseritur. a. L. 3. L. 4. *Auth. Gazaros. C. de Hæret. ne, sua insanientis doctrinæ venena innocentibus imperitisque animis, obrudentes, publicam salutem perturbent, divinamque Majestatem præsidio sceleris adjuti audacius lædant, a.)* inter eos tamen in imperio nostro referendi non sunt Catholicici, vel Augustinæ Confessioni addicti, quippe qui ob religionem regulariter a mercatorum, opificum, tribuum communione, aliisque juribus aut commerciis excludendi non sunt, *Pacif. Monast. Osnabrug. c. 5. n. 12. S. five autem.* Præterquam in iis locis,

locis, in quibus Ann. 1624. his religionibus addicti ad Jus Civitatis admisi non sunt, in illis enim jure excluduntur. b.)

a.) Struv. *Syn. Jur. Civ. Ex. 50. th. 50.* Joh. Eichel. *de Jur. Civ. cap. 2. j.* Joh. Brunneman. *de Jure Eccl. L. 2. c. 18. th. 12. 13.* Conf. *de usu Holland. Grœnev. d. LL. abrog. ad rubr. C. de Heret. n. 6.* b.) Lyser. *in Dissertat. de Jur. Civ. §. 21.*

THESES. VII. *Quarto, Banniti ab Imperio, dubio procul, sicut ad Jus Civitatis, ita ad juramentum hoc Civium in toto Imperio non admittuntur a.)* Sed *banniti à Statu quodam Imperii, aut banno Saxonico irretiti, num æque jure Civitatis indigni, & per consequens hoc jurejurando non adstringendi censeantur, non adeo expediti juris est. Nam in bannum à Statu imperii declaratum à Civitate, extra illius territorium sita, non quidem facile numero Civium iri adscriptum omnino nobis persuademus; ac si ex mera contumacia, forte à vano metu profecta, bannitus se in hoc bannum incidisse probet, atque ita præsumptionem commissi criminis à se removeat, quo jure Civitas hunc inter cives referre, & ad juramentum Civium admittere prohibeatur, non videmus, b.)* Idem probaturi in banno Saxonico Superiore, inferiori autem banno Saxonico cur idem effectus tribuendus sit, non apparet: nam illud limites Jurisdictionis, quæ Judici bannienti competit, non excedit, c.) adeoque non prohibet, quo minus, in Civitate illius Jurisdictioni non subiecta, bannitus, si vitæ innocentiam satis probaverit, Civium numero accenseatur: quamdiu enim in hac probatione defecerit bannitus, nec Jus Civitatis illi conferetur, quippe qui gravissima criminis præsumptione oneratus est, neque juramentum Civium, ob perjuri metum, tuto ab eodem exigetur. *a. c. 8. de R. Jur. 6. L. 8. ff. de Condit. Inst. c. ille qui. caus. 22 q. 5. c. f. X. de jurej. d.)*

a.) Joh. Eichel. *cit. L. b.)* v. Bartol. *in tractat. Bannitor. num. 10. 11. 12. 13.* c.) Berlich. *part. 5. Conclus. 7. num. 23. Coler. Dec. 108. num. 57. per E. R. L. 3. art. 24.* d.) Conf. Carpz. *Prax. Crim. qv. 140. num. 91. seqq.* it. Scotan. *ad ff. Disp. 30. th. 2. Petr. Peck, in c. 8. de R. l. 6. n. 2.*

THESES. VIII. *Quinto excommunicatos excommunicatione majore iis, quos ad exhibitionem juramenti Civium admittendos non esse credimus, annumeramus. Qua enim fronte civium privilegii se exor-*
nari

nari petet, qui, ob delictum inter vilissimos relatus, ab omni fidelium communione separatus est, *Cap. pen. X. de sent. excomm.* beneficiis se indignum reddidit, *c. 7. c. 8. X. de Cleric. excomm.* hodieq; honestis societatibus interesse prohibetur. a.) Quis Magistratus tuto illius Juramentum admittet, qui in mortali peccato sciens volens perseverat, nec per poenitentiam ad Ecclesiam, quam deseruit, revertitur? Id agendum Magistratibus, ut Civibus bonis non colluvie malorum hominum civitatem repleant. b.) In excommunicatis excommunicatione minore arbitrio Magistratus relinquimus, an persona vinculo excommunicationis illigata jure civitatis donanda, & juramento Civili devincienda sit, nec ne, *a. N. 18. c. 5.* sæpè enim homines ad reconciliationem inter se difficillimi sunt, proptereaque à S. Cœnæ usu arcentur, c.) quos in reliquo vitæ cursu pietatis non contemtores, sed religiosos sectatores esse credideris: nam qui semel malus, semper præsumitur talis, in eodem, non in diverso delicti genere, *a. L. 7. §. 3. ff. de accusat. L. 21. C. de hæret. L. 5. §. 6. ff. de re militar. L. 3. §. 2. ff. de Test. d.)*

- a.) v. *Landes-Ordnung. art. gen. 11. §. als bald solches.* b.) *Conf. P. Lud. Engel. Coll. Jur. Can. Part. 3. L. 6. tit. 29 n. 47. Covarruv, in Part. 1. Relect. in c. Alma Mater. de Sentent. excomm. in 6to num. 7. c.) Carpzov. Jurispr. Eccl. L. 2. d. 280. d.) Menoch. de presunt. L. 5. pref. 32. num. 24. Bartol. in L. Classius. ff. de Senat. num. 2. Petr. Peck. in c. 8. d. R. 7. 6. num. 7.*

THES. IX. Ut inutilia terræ pondera Cingaros, Histriones, aliosque, à morum levitate, inertia & segnitie sola, conspicuos, præteream, de quibus juramento obstringendis & inter Cives referendis, cum agitur, perpendere debet Magistratus, quàm noxium publ. salutis sit, iis, qui boni Cives partes adimplere vel nolunt, vel non possunt, onerari, progredimur *ad personas, jure speciali, à præstatione juramenti Civium removendas.* Huc referre possumus eos, qui Civium jura in illâ Civitate sunt consecuti, in qua per statutum prohibitum est, ne cives in alia qualibet civitate jus Civium vel ambirent, vel oblatum acceptarent, quamdiu à Civitatis, cui Juramentum dixerunt, vinculo soluti non essent, simulque cautum est *ut tamdiu ipsi Cives Jurium alienæ civitatis*

E

vitalis

vitatis incapaces essent. Qui enim hujus statuti non ignarus, se civitati jurejurando devincit, & ad statutorum observantiam obligat, facit, ut illius statuti virtus personam ad præstationem juramenti in alia Civitate inhabilem reddat, & propter Civitatis utilitatem, quam statutum illud maximè respicit, posterius Juramentum illicite præstitum, tanquam priori licito contrarium, servandum non sit. *c. 33. X. de jurej. j. c. 28. X. eod.* quandoquidem & is, qui juravit, & Magistratus, qui juramentum recepit, eam intentionem, tempore juramenti præstiti, habuit, ut hoc quoque statuto persona Civis adstringeretur, *a. cap. 16. X. eod. a.)* Aliud decidendum est, si in alia civitate jus Civium nactus vi statuti ipso jure jura Civium in Civitate, in quam primum accessit est, amittat; Quemadmodum refert Cicero, quod illi, qui jus Civitatis in alia civitate nacti fuerint, Romæ illud amiserint, b.) Mechliniæ que statuto speciali dispositum est, ut Civis Mechliniensis Mechliniæ domum familiamque habens, & in aliud oppidum emigrans, ejusdemque Privilegia impetrans, civis Mechliniensis esse definat. c.) tum enim Civis ad obtinenda in alia Civitate civium jura inhabilis redditus non est, sed id saltem statuto actum ne civis quisquam esset, qui alicuiam civitati simul, ex impetrato civitatis jure, obstructus viveret.

a.) v. Covarruv. *Part. 2. Relect. in C. Quamvis de pact. in 610. §. num. 3. 4.* Cujac. *ad d. c. 33. X. de jurej. Octav. Simoncell. de Decret. L. 3. t. 8. in §. 18. num. 196. Conf. Grotius de J. B. & P. L. 1. c. 13. th. 20. b.)* Cicero *Orat. pro L. Cor. nel. Balb. p. m. 102. num. 15.* Udalr. Zasius. *ad L. 2. pr. ff. de Orig. Jur. num. 4. c.)* Christin. *in Leg. Munic. Mechlin. t. 5. art. 2. num. 1. j.* Myler. *ad Aur. Bull. part. 2. Diff. 3. thes. 3. L. a.*

THESES X. A Subjecto activo Juramenti Civium negativo ad Subjectum affirmativum, sive *personas ad præstationem juramenti Civium devinctas* convertitur. *Inter has primo referimus Civis Originarios.* Quamvis enim illi jus Civitatis à Majoribus in se transfissum habeant *L. 6. §. 1 ff. ad Munic. L. 4. C. de Incol. L. 7. C. eod. & jure Civium, etiam non præstito hoc jurejurando, fruantur, a.)* publicæ tamen utilitati rectè consulitur, si iidem quoque per jusjurandum civitati ob-

stin-

stringantur, quippe cum hæc jurata promissio fidei atque obedientiæ non inutilem recordationem vinculi illius complectatur, quo civis bonus Civitati tenetur, simulque novam conscientiæ obligationem, insignemque perjurii metum introducat, quo à noxiis civitati propositis eos sæpè deterreri necesse est, quos inconsulta temeritas ad nihil non contra Civitatis utilitatem machinandum incitat. Et quemadmodum à Vasallis feudi successoribus juramentum fidelitatis exigi, consuetudinis est, licet eorum jus succedenti à prima investitura dependeat. *II. f. II. 31. j. 24. 40.* idque ob imperfectam ætatem Vasalli dilatum ab eo, cum perfectæ ætatis factus est, præstandum venit, *II. f. 26. §. minori.* ita juramentum à Civibus dicendum, ab originariis quoque civibus optimo jure exigitur, & ante solennem receptionem magis dilatum, quam remissum videtur. Hinc in plerisque civitatibus naturale Civium originariorum vinculum spirituali jurisjurandi accessione augeri, quotidiana observantia docet, eaque juramenti præstatio, alibi instituta peculiari Oeconomia, alibi certo ætatis tempore facienda est, prout cujuslibet loci consuetudo vel statutum exigit. b.) Neque Originariis, numero Civium juratorum ascribendis, originis prærogativa planè infructuosa est: nam, Civium Jura, quæ extranei, non, nisi certa aut sæpè haud exigua pecuniæ summa soluta, redimunt, illi minima a genti Summa, nonnunquam arbitraria, Magistratui præstita, consequuntur. c.) Improbati etiam haud potest hæc necessitas jurandi in Civibus originariis, ex ea ratione, quod Juramenta supervacua non injungi, æquitas & jus postulat. *c. 2. X. de probat. & Pontifex in c. 14. X. de jurej.* Successoribus in Pontificatu à Regibus Siciliae denuò jurari non vult, sed homagii & fidelitatis puritatem non aliter, atque si juratum ipsis esset, fideliter observari. Nam juramentum, quod ad Salutem Civitatis pertinet, & mutuam inter Magistratum & Civem fiduciam auget, supervacuum esse non potest. Pontifex verò in dicto *cap. 14.* non tantum de speciali casu, interpretatione scil. rescripti sui, tractat, sed etiam de personis, juramento jam devinctis, agit, easque à novi juramenti præstatione alio, quam cui juratum est, in Pontificatum succedente liberat. d.) Nos verò de eo casu loquimur, quo persona juratura nullum juramentum persolvit, & personale jurisjurandi vinculum cum defuncti Civis persona expira-

vit : nam defuncti Juramentum defuncti animam obligavit, non hæredes devinctam tenet ad perjurii poenam. c.)

a.) Berous, *Vol. 2. Consil. 155. n. 19. seqq.* Chriffin. ad *LL. Munic. Mechlin. L. 2. art. 42. num. 8.* b.) Ritter, de homag. c. 5. num. 105. c.) Ritter, de homag. c. 5. n. 106. Joh. Eichel. *de jur. Civ. Part. post. c. 1. verb. ex hætenus. d.) v. Cujac, ad D. c. 14. e.) Bartol. in L. generaliter. 12. C. de reb. cred. num. 3. Covarruv. part. 1. c. quamvis de pact. in 6to. §. 5. num. 7.*

THES. XI. *Secundò, à juramento Civium, removendos non esse alterius Civitatis cives existimamus. Jure civili enim non prohibetur quisquam vel domicilium in duobus municipiis constituere. L. 5. L. 6. §. ff. ad Munic. vel duarum civitatum municeps esse, L. 27. ff. eod.* Sed, *an idem in Imperio nostro hodiè locum habeat, in dubium vocatur ex A. B. cap. 16. ubi Civitates cives alienos recipere prohibentur; verùm, si constitutionis illius intentionem excusseris, nullo negotio deprehendes, illic de Pfalburgeris tantum agi, qui in aliarum Civitatum cives se recipi curant, & adhuc in prioribus civitatibus corporaliter residentes id agunt, ut obsequium Magistratibus earum denegent, novæ Civitatis acquiræ libertatibus fruantur, atque ab eadem civitate defendantur, qui, cum fraudulenter jugum Civitatis, in qua degunt, excutiant, variisque contentionibus ansam dent, meritò nec recipiendi, nec ad hoc juramentum civile admittendi sunt. Si autem bona fide se quisquam ad hujus juramenti præstationem in ea civitate offerat, in qua nec consuetudo, aut lex, nec ratio in d. cap. 16. expressa fieri civis alieni receptionem prohibet, neque in fraudem alterius civitatis ea receptio tendit, vel cedit, (ut puta, si eidem territorii Domino utraque Civitas subsit, neutriq; civitati receptio noceat,) cessante d. c. ratione ipsa quoque constitutio prohibens cessare videtur. Ita in nonnullis Civitatibus statuto cautum est, ut jus Civitatis in alia Civitate impetrans idem in ea, quam domicilio translato deserit, civitate, soluta quotannis modica pecuniæ summa, retinere possit. b.)*

a.) Myler. ad *A. B. Part. 2. Diff. 5. th. 3. L. 2.* Gerl. Buxtorff. *ad d. c. 16. th. 99. L. 5. j. Carpz. Disp. Feud. 7. in Semid. 94 b.) v. Sta-*

b.) v. Statutum Wurzense ap. Lyfer. in *Diff. de Jure*

Civile. §. 19. Joh. Eichel. de *Jur. civ. part. post. c. 1.*

THES. XII. *Tertiò*, ut *filios familias* ob patriæ potestatis virtutem à jurejurando Civium removeamus, nulla juris ratio evincit. Hodie quidem, antequam jura Civitatis filii petant, plerumque virtualiter emancipari solent, & vel propria œconomia instituta, vel peculiari negotiatione susceptâ, à patriâ potestate liberari. At quia, ceu suprâ meminimus, cives originarii nonnunquam ex statuto, certo ætatis anno completo, ut in Civitate Argentinensi decimo octavo, hoc jusjurandum præstare jubentur, a.) nec raro accidit, ut iidem potestati patriæ tum adhuc subjecti sint, idemque in aliis civitatibus nondum factâ virtuali emancipatione contingere potest, ut, si jurejurando hoc civitati se obstringere cogatur, qui uxorem ducit, licet peculiarem Oeconomiam non instituat, validissimam obligationem hoc Jusjurandum constituere putamus. Nam, si filiusfam. tanquam paterfam. obligatur *L. 39. ff. de O. & A.* & domicilium ubicunque liberrimè constituit, *L. 3. l. 4. ff. ad Munic. b.)* & in publicis causis pro paterfam. habetur, *L. 9. ff. de his, qui sui vel al. Jur. s.* Jus Civitatis petere, & solenne Juramentum dicere non prohibetur, *a. L. 5. ff. de probat. c.)* Nec negotium nobis facessit, quod Ulpianus in *L. 4. ff. de R. I.* ait: velle non creditur, qui obsequitur imperio Patris, Juramentum verò liberam, non imperatam voluntatem requirere credunt, *a. L. 41. C. de transact.* nam filiusf. velle non putatur, cum de dispositione circa bona, quatenus eadem arbitrio paterno subsunt, agitur *a. L. 1. C. de bonis matern. §. 4. §. de inutil. stip. l. 6. C. de bonis qualib. N. 17. C. 1.* ad, cum de obligandâ personâ illius tractatur, rectè velle creditur, *d. L. 39. ff. de O. & A. d.)*

a, Ritter. *homag. c. 5. n. 105.* b.) v. Bartol. *add. L. 3. n. 1.*

Scot. *ad ff. d. 22. eb. 10.* c.) v. Setfer. *de Juram. L. 1. c.*

13. n. 6. d.) v. Sturcius *ad d. L. 4. ff. de R. I. n. 5.*

THES. XIII. *Quartò*, Clericos, jura Civitatis impetrantes, non tantum ad juramentum Civium admittimus, sed etiam eis præstandi illius Juramenti necessitatem regulariter non remittimus. Nam consuetudo aut statutum, à quo dependet obligatio eorum, qui Jura Civitatis expetunt, ad præstandum hoc juramentum inter Laicos & Clericos non

distingvit, unde & nos sine legis aut consuetudinis universalis assensu distingvere erubescimus. L. 8 ff. de publ. in rem. act. j. N. 18. C. 5. Præterea si rationem exigendi hujus juramenti intueamur, Magistratus eos, quos specialium Civitatis Jurium participes reddit, arctiore, quam nuda promissionis, vinculo sibi obstrictos esse cupit, ad tranquillitatem & salutem civitatis promovendam, eaque ratio in Clericis non magis cessat, quam in aliis fidei perspectæ hominibus, quos tamen ab hoc jurejurando non eximi constat. *fac. L. 32 ff. ad L. Aquil.* Ab hac quoque sententia non videtur omninò abhorre Juris Can. dispositio, quæ Abbatissæ vel Priorissæ facultatem exeundi monasterio, ad præstandum Principi fidelitatis juramentum vel homagium, permittit. *C. un. §. verum. de stat. regul. in 6to.* A contrario sensu eandem opinionem confirmat. *c. 30. X. de jurej.* nam dum viri Ecclesiastici nihil temporale à Laicis obtinentes ad præstationem juramenti fidelitatis non jure compelli dicuntur, tacite indicatur, Clericos temporale emolumentum captantes eodem jure exemptionis uti non debere. *a. L. 1. ff. de Offic. ej. cui mand. est jur. conf. c. 17. X. de Simon. c. 4. de cens. in 6to. j. c. f. X. de Reg. Jur. ad Rom. c. 13. v. 1. j. c. magnum. caus. 11. q. 1. a.)* Quid enim absurdum erit Clericos, intuitu bonorum patrimonialium, pro Laicis haberi, pariq; cum Laicis jure uti, b.) sicuti aliter filiis. in bonis castrensibus vel quasi, aliter in adventitiis & profectitiis, jus dici jurium vel mediocriter peritus novit: in castrensibus enim vel quasi, patrum familias, in adventitiis & profectitiis filiorumfam. jurentur. *L. 2. ff. SCtum Mac. L. 4. C. de Advoc. divers. Jud. pr. j. quib. non est perm. fac. test. j. L. 11. C. qui test. facere possunt. L. 6. C. de bonis quæ Lib.* Interim nonnullis in locis speciale statutum vel consuetudo Clericos à præstandi hujus juramenti necessitate exempt. Ita in Civitate Misnensi receptum est, ut Clerici ad Civitatis jura aspirantes solenne juramentum non persolvant, sed promissionem obsequii stipulatâ manufaciant, ut apparet ex *Res Grav. de anno 1653. 57. r. von Justitien-Sachen/ §. 107.*

a.) Covarr. Pract. quæst. cap. 31. num. 2. verb. contraria opinio Ritter. de homag. c. 5. n. 109. Cujac. in c. 30. X. de jurej. Carpz. de Leg. reg. c. 3. Sect. 10. n. 13. b.) Carpz. Jurisp. Consist. L. 2. d. 311. n. 11.

THEP.

THES. XIV. Sed quid de Principum Consiliariis, aut ministris, singulari dignitate corruscantibus, aut personis illustribus offeremus, an his æqualem jurandi necessitatem imponemus? Quod si civitatis conferendum vel statutum nulla inter personas, quibus jus civitatis conferendum est, adhibita differentiâ, jusjurandum exigi Imperat, neque contrariâ lege vel observantiâ generali huic jurijurando se subducturus nititur, ab invito Civitatis magistratu jusjurandi remissionem extorqueri non posse putamus. *a. L. 9. §. 1. C. de testam. L. 8. §. 17. ff. de transact. L. 62. ff. de pact.* Specialem enim ex jure civitatis fructum desiderans, meritiò speciali etiâ vinculo obsequii se civitati obstringit, *a. L. 10. ff. de R. 7.* neque hujus juramenti, Civitatibus præstiti, exempla deficiunt, c.) Non paucis tamen in locis idem, quod de Clericis supra diximus, receptum est, præcipuè in Municipiis iis, in quibus non adeò fructuosa sunt civium jura; quandoquidem illic stipulatâ manu facta promissio nonnunquam loco juramenti Civium adhibetur. *v. d. Res. grav. de anno 53. 57. §. 108. d.)*

a) v. Joh. Eichel. de Jur. Civ. part. post. cap. 2. verb. facultas.
Hermann. Hermes Fascic. Jur. Publ. c. 31. n. 28. b.) v.
Lyser. de Jur. Civilit. § 28. 29.

THES. XV. Quinto Collegia & universitates à necessitate præstandi juramentum Civium, si jus Civitatis petant & impetrent, non absolvimus. Quemadmodum enim Julius Cæsar legiones, & Octavius Imperator urbes ob insignia merita civitate donavit, 2.) ita absurdum non est, integra collegia & universitates privilegiorum & onerum, Civibus competentium & incumbentium, fieri participes. Neque obstat, quod anima & intellectu destitutam universitatem consentire non posse arguant Dd. *a. L. 1. §. f. ff. de acqu. vel amitt. poss.* adeoque nec Jusjurandum præstare, nec ex eodem obligari possit Universitas: nam, licet universitas vel collegium non eodem modo intelligat, quo singularis persona, juris intellectu tamen intelligunt voluntque plures personæ, sub eodem nomine communi comprehensæ personæque vice funguntur. Universitas itaque non vera, sed ficta persona est, *L. 22. ff. de fidej. L. 9. §. 1. 3. ff. Quod met. caus. L. 15. §. 1. ff. de dol. mal. Autb. Item nulla communitas. C. de Episc. & Cler. obligationis & Juramenti capax. a. L. 19. ff. ad Munic. L. 97. ff. de condit. & demonstr. c. 4. X. de Juram. calumn. b.)*

a) v.

a.) v. Sveton. in Jul. Cæs. num. 24. Id. in Octav. Aug. n. 47. b.)
 Hahn, ad Wesenbec. t. Quod cuiusq; univ. nom. num. 6.
 Bartol. ad L. 16. §. f. ff. de pæn. n. 2. seqq. Bacchov. ad
 Treutl. V. 1. d. 10. tb. 4. L. b. verb. illud. V Vissenb. Par.
 1. Disp. 12. tb. 21. Struv. Synt. J. F. cap. 8. thes. 6. num. 5.
 Grœnev. de LL. abrog. II. f. 21. n. 2.

THESES. XVI. Sexto infames à juramento Civium non simpliciter excludimus. Sed, quia infamia alia juris est, alia facti, juris infamia laborantes ab hoc juramento removemus, & imprimis ex perjurio tales. c. parvuli caus. 22. qv. 5. nam civibus honestis repleri Civitatem, non vilissimis, & infamia laborantibus, æquum est, a. L. 2. §. 4. ff. de his, qui notant. inf. L. 3. C. de re milit. L. 5. ff. de Decur. L. 2. l. 3. ff. de Senat. L. 13. ff. de off. præsid. L. un. C. de infam. nisi fortè tanta inopia sit Civium, ut cum desint, qui munera publ. ferant, & delictum, propter quod irrogata est infamia, excusationem admittat, divitiis infamiâ non notoriâ laborantis ad sublevandas Civitatis necessitates respici, vel ex simili causâ jus Civitatis ambientem recipi ipsa necessitas urgeat. a. L. 12. ff. de Decur. L. 2. l. 3. ff. de Senator. Facti infamia notatos arbitrio magistratus ad juramentum Civium admittendos esse, censemus: nam, tantus non est, ob contractam infamiæ notam, perjurii metus, ut propterea infames hos, quot nulla lex ab impetrando civitatis jure, & præstando juramento removet, illius juramenti omninò incapaces declaremus. a. L. 43. §. 1. ff. de Procur. L. un. C. de infam. c. f. X. de furt. Si enim flagellorum ictibus subjectos ob eorum, qui munera publica sustineant, paucitatem ab honoribus petendis non penitus arceat Callistratus in L. 11. ff. de Decur. j. L. 5. §. 2. ff. de extraord. crim. Cur infamia facti laborantes jure Civium plane indignos esse existimemus, quandoquidem in Cive legendo non una spectanda est circumstantia, & sæpe civium paucitas, sæpe paupertas, sæpe imminens periculum, sæpe urgens æs alienum non omnes personarum qualitates cum rigore excuti patitur. Multò minùs eos, qui levis notæ maculam contraxerunt, à juramento Civium excludendos esse putamus, quippe quos aliena culpa miseros non rarò vitæ integritas, virtutisque studium singulare commendat, a. L. 2. §. 7. L. 6. ff. de Decur. & Magistratus arbitrium Civitatis jure non indignos, perperis circum-

circumstantiis, declarare potest. a.) Hujus sententiæ fundamenta non evertit 1.) periculum perjurii, quod in personis, exilimationis deminutionem passis, metui potest, siquidem impii homines faciles sunt ad jurandum, contemptu religionis. L. 8. ff. de cond. inst. nam dum perjuros in specie ad Juramenti præstationem non admittit c. 14. caus. 21. q. 5. idemque nulla lex de turpibus vel levis notæ macula aspersis personis constituit, neque specialis præsumtio in certo delicto malam & specialem præsumtionem in quovis genere delicti inducit, arbitrio Magistratus merito locum relinquimus, a. L. 1. S. f. ff. de Jur. de lib. ut is ex occasione & causa notæ contracta vitæque ante acta statuat, an meru perjurii juraturus à juramento arcendus sit, nec ne. 2.) Frustrâ contendit Setserus cum aliis, ab infami non exigendum esse juramentum, b.) provocando ad Papinianum, seu quemcunque, qui sub ejus nomine editus est, responforum Auctorem Tit. 25. de Sacram. meminisse enim debuerat, exiguo cum fructu, minore cum probationis virtute, allegari scriptum, cui juris auctoritas deest, v. *Constit. dedit. nobis. de Confirm. dig. §. 10.* & ex reliquis argumentis plus non elici, quàm quod circumspectè, & non nisi præcedente cognitione circumstantiarum, magistratus à personis, notâ aliquâ laborantibus, exigere debeat juramentum a. L. 3. §. 2. ff. de test. & L. 9. C. eod. c.)

a.) v. Thoming. Dec. 48. n. 15. Richter ad Aub. habit. C. ne fil. pro patre parr. 4. p. m. 777. Beust. ad L. 3. ff. de jurejur. n. 203. b.) Setser. de Juram. L. 4. c. 12. v. 24. Anton. Faber. in C. L. 4. t. 1. d. 17. c.) v. Brunnem, in Proceff. c. 23. n. 5. Hill. ad Donell. L. 24. c. 21. L. II. Job. Eichel. de Jur. Civit. part. post. c. 2. Verb. Majoris.

THESES XVII. Sed, quid definiemus, si ad juramentum Civium admittendus ex Magistratus decreto, factum ante mortis diem conficiat, quam juramentum solenne præstare, numquid jurandi facultatem ad heredem ejus transire putabimus, an verò libero Magistratus arbitrio relinquemus, an heredem jure Civitatis donare velit, nec ne? Equidem heredem fas est ejusdem potestatis ac juris esse, cujus fuit defunctus, L. 58. ff. de R. J. ipsamque jurandi facultatem ad heredem, de credulitate juratorum, non rarò transmitti judiciorum hinc inde observantia probat. v. O. P. S. T. 19. §. wenn nun einer. a.) Verùm, quia ne quidem

Jus Civitatis per heredis institutionem conferri potest, *a. L. 7. C. de Incol.* idemque heredi ex propria, non defuncti personâ, tribuitur, præcedente speciali Magistratus, de personâ recipiendæ qualitatibus, arbitrio, frustraneum esse heredis, ex persona defuncti Juraturi, desiderium nemo non videt, præcipuè, quia hoc jusjurandum animam jurantis adstringit ad servandam fidem datam civitati, & si vel maxime actu à defuncto præstitum sit, heredis personam sub perjurii metu non obligat, cum hic metus personalissimus sit, & personam jurantis non egrediatur, *a. L. 26. ff. de pæn. L. 22. C. eod. b.)* unde nullo negotio juramentum credulitatis heredum ab hoc jurejurando Civium secernitur; illud enim ad veritatis confirmationem, promovendum; judicii exitum in subsidium assumitur, hoc verò suscipitur, ut ætius, quàm sola promissione, Civio recipiendi persona civitati obligetur.

a.) *Mev, part. 2. Dec. 260. n. 5. Mynsing. cent. 1. obs. 13. Thoming. Dec. 45. b.) August. Berous V. l. Conf. 150. n. 9. Gail. l. 1. obs. 17. n. 3.*

THES. XVIII. Consideravimus hæcenus Subjectum activum, si-
ve personas, juramentum Civium præstantes; ordinis igitur ratio
nunc nos deducit ad *Subjectum Passivum*, si-ve personas, quibus præsta-
tur Juramentum Civium. Ubi breviter monemus, quod Civium Op-
pidanorum, juramento devictorum, numero asciscendi apud *cujus-*
libet civitatis Magistratum solenne hoc juramentum præstare soleant.
Quoniam autem non omnibus in locis negotium hoc in pleno Senatu
perficitur, ex Speciali Civitatum Statutario vel consuetudinario jure
colligendum est, quibus personis ex Magistratum numero Juramen-
tum Civium præstandum sit; ea enim in recipiendis Civibus cura non-
nullibi Civitatum Consulibus, Camerariis, Senioribus, Curatoribusve
(variat in ipsis nominibus Civitatum observantia) propria est a.)
At, quoniam, quod quisque per alium facit, ipse fecisse videtur, *c. 68.*
de R. l. in glo. investigandum est, annon Magistratus Civitatis per de-
legatos hoc juramentum suscipere queat? ubi in affirmativam senten-
tiam omninò concedimus, haudquaquam tamen diffitemur, alibi ma-
gis, alibi minus restrictam esse hac in parte Magistratus potestatem.
Quis enim, incidente necessaria absentia, hos, qui recipiendo huic Sa-
cra-

eramento præfati sunt, omni delegandi facultate regulariter destitutos esse, credat, cum etiam publici iudicii exercitio propter absentiam mandari possit, *L. 1. ff. de off. ej. cui mand. est juris.* & maximi præjudicii negotia, intercedente speciali mandato, per Mandatarios expediri queant *c. f. de Juram. cal. in 6to c. f. d. Procur. 6to.* b.) Hinc non raro juramentum Civium coram deputatis ab ordine Senatorio personis præstari deprehendimus. c.)

a.) *v. Joh. Eichel. de Jur. Civit. cap. 2. verb. facultas.* b.) *v. Richter ad Auth. habita. C. ne fil. pro patre, part. 3. p. m. 156.* c.) *v. Joh. Eichel. de Jur. Civit. d. c. 2.*

THES. XIX. *Quando autem inter ipsos Magistratus contentio oriatur de Jure exigendi Juramentum Civium, alio atq; alio Magistratu illud jus sibi vindicante, cui præstandum erit in dubio juramentum? Resp. Possidenti jus recipiendi Juramentum Civium, nisi fortè pendente hac controversia ipsum jusjurandum à Civibus præstandum, ob varias difficultates inde metuendas, differti possit. a. c. 12. X. de Jur. patron. Nam, lex possessione fuit optima præsumtio pro jure possidentis a. L. 2. C. ne iux. pro mar. L. 28. C. de R. V. L. 1. §. 6. ff. uti possidet L. 14. ff. de probat. a.) idemque jus pluribus in solidum & simul competere nequit, a. L. 3. §. 5. ff. de acq. vel amitt. poss. possidenti verò in possessione sua præjudicium fieri fas non est. a. L. 62. ff. de Paç. L. 60. §. 1. ff. de usufr. b.)*

a.) *Menoch. L. 3. Pres. 110. n. 5. Brunnem. in d. L. 14. n. 4. seqq.*

b.) *v. Zasius in Uf. Feud. part. 7. n. 7. Carpz. tr. de inhib. pos. i. n. 14. Vultej. de Feud. c. 7. n. 77. Ritter de homag. c. 4. n. 86. & iii.*

CAPUT IV.

DE OBJECTO JURISJURANDI CIVIUM.

THES. I.

Perlustrato Subjecto convertimur ad Objectum Juramenti Civium, quod est *Officium boni Civis, promittit enim jurans curam suam, in utilitate Civitatis promovendâ & obedientia præstandâ.* His duobus

F 2

mém.

membris præcipue contineri videtur boni Civis officium. Non vero tantum Civi incumbit, sua studia in communem Civitatis utilitatem actu conferre, sed etiam ea, quæ Civitati noxia esse viderit, omittere. Nam, quemadmodum boni patrisfamilias partes non tantum negligit, qui fatiganda omittit, sed & qui omittenda facit, ita quoque boni Civis munus deserere creditur, & qui operam suam Reipubl. cui eam debet, denegat, & contra publicam illius utilitatem quicquam molitur, unde formulæ juramenti hic loci inseruntur verba: *Dasß ich alles thun wil/ was mir / als einem getreuen Bürger/ von Gottes / auch Gewohnheit und Rechtswegen zu thun und zu lassen gebühret. fac. L. 189 ff. de V. S. L. 121 ff. de R. 7. L. 4. ff. que in fraud. Cred.*

Thes. II. *Civium in utilitate Civitatis adjuvanda*, ut primo loco consideremus, ex hoc obligationis vinculo dependet, quod 1.) Civis in præjudicium Civitatis nihil agere, sed omnia ad illius utilitatem convertere debet, unde *fidem Civitati datam frangere videtur, qui Civitatis accusator existit*, cum enim Vasallus Dominum feudi in iudicio criminali accusare prohibeatur, *ii. f. 33 §. 1. verb. similiter*, cur aliud in Cive, qui iurejurando se Civitati ad illius commoda promovenda obligavit, asseramus? a.) 2.) *Civis adversus Civitatem testimonium dare non compellitur*, quia hoc præjudicio civitatis cessurum est, *a. L. 6. L. 8. C. L. 6. ff. de Test.* neque posterius juramentum civis testimonium dicendi, quatenus priori, quod Civitati prælitum est, contrarium est, personam ad non nocendum Civitati devinctam obstringere videtur. *a. c. 16. X. de iurej. j. c. 22. X. de sponsal.* Quod si autem Civi, quoad hunc actum, relaxatum fuerit, quod Civitati prælitum est, juramentum, ex Civis etiam testimonio de veritate constare posse, arbitramur.

b.) Coeterum quando causa, in qua testis adhibetur Civi, ad singulos Cives emolumenti vel detrimenti aliquid derivat, non tantum ob vinculum, quod Civitati civis juratus tenetur, sed etiam ob proprii emolumentum i spem damni que metum, suspectum esse Civis in causa civitatis testimonium existimamus. *a. L. 1. §. 11. ff. Quand appell. L. 7. §. 1. ff. quod cuiusq. univ. nom. L. 10. ff. de testib. L. 6. §. 1. ff. de rer. div. c. 5. X. de probat. c. 12. j. c. 6. X. de test. c.)*

a.) v. *Gail. de pignorat. Obs. 15. b.) v. Hahn ad Wesenbec. tit. de testib. n. 3. f. Modest. Piff. V. L. Conf. 7. n. 26. Carpz. P. 1. C. 16. d. 64. id. Proci. T. 15. arr. 5. n. 102. c.) Covarr. Pr.*

Quæst

Quæst. c. 18. num. 4. Bartol. in L. 6. §. 1. ff. de rer. div. n. lq.
Berous V. 3. Conf. 9. num. 1. Struv. Synt. Jur. Civ. Ex.
29. tbes. 39. Carpz. P. 1. C. 16. d. 65. Menoch. de A. J. Q.
L. 2. cas. 66. Martin. Comment. For. ad T. 20. Ord. P. S.
§. nachdem. num. 66.

THESES. III. Num verò Civi jurato permittemus, ut Clienti, qui ad-
versus Civitatem experitur, patrocinium præset, vel Civem ad suscipien-
dam Advocati munus pro Civitate, quæ injustè hunc adversus alium mo-
vet, obstrictum esse putabimus? Ad primum quæstionis membrum re-
spondemus distinguendo; ad posterius negando; nam, si certum est,
causam ejus, qui adversus civitatem agit, justam, Civitatis injustam
esse, civis tum prohibetur hunc Clientem patrocinio adjuvare, quia
juramentum non debet esse iniquitatis vinculum, c. 18. X. de jurejur.
quippe quod promissionem quidem de promovenda civitatis utilita-
te, sed justa, complectitur, & civem civitati nocere prohibet, sed in-
justè, a. L. 19. ff. de R. C. L. 9. n. 5. ff. de offic. proconsul. L. 7. §. 2. ff. de in-
jur. 11. f. 22. a), neque volentem à causa justæ defensione removee de-
bet, ne Civitatis injustitia adversarii in eligendo Advocato arbitrium
circumferret; a. L. 2. C. de postul. L. 14. C. de Advoc. divers. Jud. 1. &
ille Advocatum à Judice ob Civitatis potentiam petere cogatur, d. L. 9.
§. 5. Præterea, cum nāspiam Cives in genere, sed Decuriones tantum
contra Patriam suam causas agere prohibeantur, L. 10. §. 1. ff. de postul.
ob eum honorem, quem à Civitate consecuti sunt, L. 2. C. de Advoc. divers.
Jud. 1. L. 6. ff. de Decur. Civem à patrocinio causæ justæ adversus Ci-
vitatem arcendum non esse credimus. a. N. 18. C. 5. Quoties autem
dubia est causæ, quam is fovet, qui adversus civitatem litigatorus est,
justitia, vel planè injusta ejusdem deprehenditur contentio; hic com-
muni jure patrocinium suscipere nequit Civis, L. 14. §. 1. C. de Judic.
illic propterea adversus Civitatem quasi militare non debet; ne peri-
culo peccandi se exponat, a. 11. f. 28. Quæ ratio cessat, quando Civi-
tas Civi specialiter pro eo, qui eum Civitate contendit, postulare per-
mittit, a. L. 29. C. de pat. L. 9. §. 5. ff. de Off. Proconsul. v. Ord. Torgav.
vii. von Advocaten. §. hierüber. b.) ubi verò lis iniquè à Civitate alii
moveretur, nulla juris ratione civis ad patrocinandum Civitati com-
pelliatur: Non enim juramentum Civium ad injusta obligat, c. 58. de

R. J. 6. c. 18. X. de Jurej. Num quid autem Civili juratio concedi putabitur facultatem agendi adversus Civitatem? Omnino agere poterit adversus civitatem in causa justa. Non enim juramentum Civium contra intentionem jurantis extendendum est, quandoquidem Civis, utilitatem Civitatis se adjuturum promittens, non æquis & iniquis imperiis obsequium promisit, c. 16. X. de jurej. non omni juri, quod Subditis adversus Magistratum competit, renunciavit, sed communi Civium jure frui voluit. Unde adversus magistratum, potestate sua abutentem, legitima Juris remedia adhibet, quibus se ab injuria liberet, eoque jure publico utens, neque injuriam cuiquam facit. L. 13, §. 1. ff. de injur. L. 20. C. de appell. neque fidem, quam Reip. debet, violat. fac. L. 32. ff. de injur. L. 7. §. 2. ff. ord. 11. f. 22. L. 5. C. de Jur. fise. c.)

a.) v. Jason, in L. qui servum. ff. de V. O. num. 6. b.) v. Carpzov. p. 1, C. 1. d. 21. Hillig. ad Don. L. 18. c. 3. lit. U. Gail. L. 1. Obs. 88. num. 8. Mey. Part. 1. Dec. 155. num. 67. c.) Mevius Part. 3. Dec. 37. Brunneman. ad L. 32. ff. de injur. n. 7. Cravetta Conf. 303. n. 3.

THES. IV. Pervenimus ad secundum membrum promissionis, quam Civis, Juramentum Civitatis persolvens, facit, nempe ad obedientiam præstandam. Quia verò hæc obedientia circa actus licitos, non illicitos Civibus imperandos versatur, imperia Magistratum illicita longissimè ab hoc juramento removemus, neque in iis obsequium Magistratui præstandum esse existimamus. Illicita autem dicimus imperia, quæ Juri Naturali, Divino, aut Civili, quo Magistratus obligatur, repugnant, Civitas enim naturali jure prohibita præcipiens, præcepta prohibens turpi conatu in ipsas naturæ leges peccat, nec eam, quæ cordibus hominum inscripta est, legem tollit; magis itaque rectæ rationi ad justa ducenti, quàm Civitati in societatem criminis cives vocanti obsequium debetur. c. 58. de R. I. 6. L. 15. ff. de Condit. Instir. Eandem virtutem habebit Civitatis imperium Divino Juri contrarium. Nam, ad summum Dei tribunal vel conscientie forum vocatis nihil præsidii erit in humano imperio, cum DEO magis obtemperandum sit, quàm hominibus, & insigni animi levitate creatura sui Creatoris sancita negligat, ut miserrimæ creaturæ, divinam legem atrociter violentis, imperia exequatur. Actor. cap. 5. vers. 29. Daniel. c. 6. vers. 10. seq. 1. Sam. cap. 11. vers. 17.

THES.

THES. V. Ad *illicita jure Civili imperia* refero, quæcumque Magistratus potestatis suæ fines præscriptos egressus non jure suscipit. Quoniam enim de Civitate, l. quatenus superiorem agnoscit, loquimur, civis de Magistratus injustitia coram Superiore conqueri non prohibebitur, & hoc jure suo utens, nullam injuriam Civitati fecisse putabitur, L. 13. §. ff. de injur. Huc referimus 1.) si forte Magistratus Civitatis Imperii cives, qui publicum Religionis Catholicæ vel Augustanæ exercitium Calendis Januarii Anni millesimi sexcentissimi vigesimi quarti habuerunt, in libero religionis exercitio turbet. Nam, hac in parte prospectum ipsi est in *Instrum. Pac. Osnabrug. c. 5. num. 11. 12. j. R. I. de anno 1555. §. nachdem aber: vel si certa Religionis, sive Augustanæ sive Catholicæ receptionem Civibus præcisè imperet: quàm periculosum enim sit in conscientias affectare imperium, satis docuit superior ætas, quàm impium sit, ad religionem svadendam cogere, assensus in fide necessitas indicat, & quàm injustum sit, ab emigrandi libertate Cives contra legem publ. excludere, ostendunt R. I. de an. 1658. §. Es soll. & §. Wo aber. a.) 2.) Si Magistratus Civitatis, ex coemptione frumenti lucrum captans, cum Civium detrimento frumentum alii, quàm sibi, vendi prohibeat, atque sic commerciorum libertatem nullâ necessitate urgente circumscribat, vel cives frumenti conterendi gratia, cum alioquin hac in parte libero arbitrio usi sint, suum molendinum adire jubeat. a. L. 4. ff. de Decret. ab ord. fac. L. 2. ff. de his, qui sui vel al. jur. l. f. C. si contr. Jus vel util. hujusmodi ambitiosa decreta enim observantiam non merentur, turpiterque Magistratus officium suum negligit, qui libertatis Civibus suis afferenda ac defendenda immemor, id agit, ut pristinae libertatis beneficio eos exuat. b.) 3.) Si magistratus à Civibus novis tributa, quæ jam antea Civitati imposta, & ab iis, qui tempore impositionis aut venientis diei solutionis cives fuere solvenda sunt, exigat. Qui enim Privilegiis Juri Civitatis adhaerentibus tum temporis gavissus non est, onus etiam in solutione regulariter, pro Civium emolumentis à Civibus sustinendum, agnoscere non tenetur, a. L. 10. ff. de R. I. L. 23. C. de Decur. Si autem novus ille civis rem, ex qua tributum Civitati præstandum fuit, possidet, tanquam possessor, vel ab hoc onere rem possessam liberare, vel fisci distractionem admittere cogitur, a. L. 1. C. si propter publ. pens. L. 11. C. de Murileg. s.) 4.) Si Magistratus Civibus tributorum collationem*

nem

nem ratione bonorum in alio territorio sitorum, ibidemque tributum praestationi obnoxiorum, imperet. Nam, quia tributum agri in eam Civitatem est conferendam, in cuius territorio ager possidetur, L. 4. §. 1. ff. de conf. & onera patrimoniorum in loco, in quo possidentur, ferenda sunt, L. un. C. de mulier. in quo loc. duplici verò hoc onere fructus ejusdem rei onerari iniquum est. a. L. 13. ff. de impens. in res dot. fact. L. 29. ff. pro soc. L. 30. ff. de jurej. jure Magistratus regulariter Civem, ad duplicis similisque tributi ex una re praestationem, non compellit, d.)

a.) v. Svevius de Pac. Religiof. disp. 8. tit. 8.9. Carpzov. de Leg. Reg. cap. 14. sect. 2. num. 11. it. cap. 3. sect. 5. num. 32. seq. Rumelin. & Myler. ad A. B. part. 3. Dissert. 6. Coroll. 1. Ziegler. ad Inst. Jur. Can. l. 3. tit. 16. Sec. 4. verb. donec. b.) Boerius Decif. 125. n. 4. Rauchbar. part. 1. qv. 2. n. 1. seq. Mevius Part. 2. q. 279. num. 7. Menoch. de Praesumpt. qv. 20. num. 7. c.) Conf. Berous Vol. 3. Conf. 150. num. 28. Bartol. in L. 23. C. de Decurion. num. 3. d.) Conf. Decius Conf. 694. num. 10. Bartol. ad d. L. un. C. de mul. n. 30. Gail. L. 2. Obs. 55. num. 10. Ziegl. de Jur. Majest. L. 2. cap. 3. eb. 32. ubi praes.

THEM. VI. Si 5.) Magistratus Civis aë alienum solvere jubeat, ab illis administratores civitatis acceptum, quibus neque ratione officii, neque ex speciali Civitatis consensu, per mutui contractum Civitatem obligare permissum erat, antequam versio in rem Civitatis probata sit a. L. 27. ff. de reb. cred. vel si incidat necessitas aëris dissolvendi, quod eo tempore ab ipsa civitate mutuo acceptum est, quo Civis, qui per imperatam argenti collationem oneratur, nondum in Civium numerum receptus erat. Licet enim, novum Civem ad conferendum, ut Civitas ab obligatione liberetur, devinctum esse, nonnulli existiment, etiamsi nomen illud diuturno tempore ante Civis receptionem contractum sit, eò quod novi Civis antecessorum personam, eandemque Civitatem representent, L. 76. ff. de judic. a.) Suspecta tamen nobis est hæc sententia, argumentorum vim prælustrantibus. Cum ordo municipalis periculum, ex Tutoris inidonei datione metuendum in se suscipit, tenentur tantum ex ordine, qui praesentes fuere. L. 1. ff. de

ff. de Magistr. conven. & quando negotium universitatis, non tantum in universitatis, sed etiam in singulorum ex universitate speciale præjudicium tendit, major pars non concludit, sed singulorum approbatio necessaria est. *c. 29. de R. I. in 6to. a. L. 11. ff. de Servit. præd. rust. b.)* Cur itaque Civem cum gravissima sæpe patrimonii jactura ad illius debiti solutionem devinctum esse existimemus, quod neq; illius consensu contractum, neque eo tempore in utilitatem Civitatis versum est, quo ipse ex boni Civis officio ad publicam Civitatis utilitatem promovendam obstrictus erat. Et certè, si Cives novi quælibet civium olim consensu suscepta debita agnoscere & solvere tenerentur, obruta ære alieno civitates civibus destituerentur, quandoquidem civium jura petentes non id agunt, ut acquisitas facultates pro Civitate à debitis liberanda effundant, sed, ut ordinaria Civitatis onera pro emolumento Civium ferant, & in inopinatis necessitatibus civitatis extraordinariis oneribus, prout fides data & æquitas exegerit, sese submittant. *fac. L. 23. C. de Decurion. c.)* Non obstat. *L. 76. ff. de Judic.* Quæritur enim illic, cum omnia Civitatis individua mortua sunt, quæ ab initio vel certo tempore eam constituiebant, an ipsa universitas extincta esse videatur, an verò, aliis in deficientium locum suffectis, eadem universitas superesse putetur, quod posterius affirmat *Alfenus in d. L. 76.* quia in universitate, non individua, sed ipsum corpus considerat, quod cum per membra nova, in locum morientium quasi succedentia, conservetur, nihil refert, utrum omnia maneat, vel pars maneat, vel omnia immutata sint, ut loquitur *Ulpianus in L. 7. §. 2. quod cuj. univ. nom. vel contra eam ag.* Nos verò in hoc debito, singulorum contributione solvendo, individua universitatis imprimis, quoad obligationem personalem ex mutui approbatione proficiscentem, spectamus, quo casu obligatio contracta personas earumque heredes, non novos quoslibet Cives, onerat. Si verò mutuum à Civitate acceptum fructum aliquem in civem novum conferat, pro rata emolumenti, vel si ipse simpliciter in idem mutuum tacite vel expresse consentiat, æqua cum reliquis civibus contributione, civitati succurrere tenetur. *a. L. 10. ff. de R. L. 5. C. de O. & A.* Similia hisce exemplis exempla, in quibus juramentum Civium ad obsequium Cives non obliget, invenire difficile non erit, perpendenti ex cujuslibet civitatis statu, utrum Magistratus potestas ad actum imperatum extensa sit, an verò is limites

sibi præfinitos egrediatur. Interim non impetu, sed exacta deliberatione prævia, ubi de Magistratus injusto imperio liquidè constiterit, obsequium illi denegandum est. *a. L. f. ff. de Jurisd.* In dubio autem obtemperandum est jussui Magistratus, qui in licito non in illicito actu versari præsumitur, Deiq; vices in terris gerit, ne temerario Magistratus contemptu conscientia civium turpiter lædatur, & ita Magistratus ipse ad justissimam vindictam provocetur, *a. L. 5. ff. de Jud. c.)*

a. Brunnem. in *L. 76. ff. de Judic. num. 4. Coler. de Process. execut. part. 2. c. 3. num. 385. seq. b. Mevius part. 4. d. 201. num. 4. Brunnem. in L. 19. ff. ad Municip. num. 4. c.)*
Gvil. Durand, Spec. Jur. L. 4. part. 3. rubr. de cons. §. 2. n. 11.
Berlich. part. 1. Concl. 76. num. 32. d.) v. Ziegl. de Jur. Maj. L. 2. C. 3. tb. 21. c.) Modest. Piff. Vol. 1. Conf. 60. num. 41.

THES. VII. Ad *licita Civitatis imperia* conversi, in quibus obedientiam Civis civitati debet, eadem deprehendimus in duplici differentia: *Sunt enim vel extraordinaria, vel ordinaria.* Extraordinaria appellamus, quæ singularis civitatem premens necessitas exigat, cum eadem regulariter omitti soleant. Ordinaria dicimus imperia, quæ Magistratus regulariter vi potestatis & jurisdictionis suæ exercet. *Extraordinariis Civitatum imperiis accensemus:* 1.) quando Magistratus exhaustum omninò ararium esse videt, & in eas angustias coniectus est, ut, ingruentibus belli calamitatibus, præfidia ad defendendam Civitatem alere, vel in aliis Civitatis necessitatibus publico consulere non possit, nisi unum vel plures ex Civibus, ad mutuam Civitati dandum compellat. Quamvis enim meritò in mutuo ad dominium in accipientem transferendum liberrima voluntas mutuantis Domini regulariter intercedat, *a. L. 116. ff. de R. J. L. 11. ff. eod. j. L. 2, §. 4. ff. R. C.* emergens tamen necessitas & publica salus ad extraordinarium remedium perveniri jubet, quod adhiberi non magis iniquum dici potest, quàm quod religiosum locum habenti, sed via ad eundem destituito, vicinus justo pretio iter vendere, *L. 12. ff. de Relig. & sumpt.* vel, cum via publica fluminis impetu sive ruina amissa est, vicinus proximus viam præstare, *L. 14. §. 1. ff. quemadmodum serv. am.* vel ad evitandam annonæ caritatem subditus frumentum emere aut vendere

tenc.

tenetur, *a. L. 1. L. 2. C. ut nem. lice. in emt. spec. j. aut b. res que C. Comm. de Legat. L. 5. §. 12. ff. de nov. op. nunc.* quandoquidem ita publicæ utilitati, ad quam promovendam Cives devincti sunt, subvenitur, nec ipsi Creditoribus damnium imminet, mutuum datum postea ex redivibus publicis unâ cum usuris legitimis, aut ex singulorum civium contributione, recuperaturis. *fac. L. 2. §. 5. ff. de aq. & aq. plu. arc. L. 2. ff. de his, qui vel sui vel aliter. jur. sunt.* a.) 2.) Cum Magistratus ædificia, quæ exusta, vel collapsa sunt, aut restitui, aut restitutoris arcam vendi vel concedi præcipit. Quod enim quilibet suæ rei liberrimus administrator & arbiter est. *L. 21, C. mandati.* ne utquam impedit, quo minus Magistratus, exigente Civitatis utilitate, incendium, multoque magis ruinam (præcipue ob omissam refectionem) passus, ne ruinis publ. civitatis aspectus deformetur, refectionem vel restitutionem ædium imperet, *a. L. 7. ff. de Off. Præs. L. 46. ff. de damn. inf. L. 8. C. de adif. priv.* & si area Dominus dubitet, utrum ædificium à se restitui expediat, nec ne, certum & æquum terminum præfigat, quo elapso, pristinaque ruina perseverante, area ædificaturo alii vendatur, vel sub onere refectionis concedatur modico, aut si ruinae causam dederit Dominus nullo nonnunquam argento solatii nomine soluto. *a. L. 13. §. 1. ff. comm. pradior. L. 2. ff. de his, qui vel sui vel al. jur. a. L. f. C. de. Jur. Reipubl. d. L. 7. ff. de off. Præs.* Ita, referente Svetonio, in vita T. Flav. Vespasiani c. 8. Vespasianus Imperator, cum deformis urbs veteribus incendiis ac ruinis esset, vacuas areas occupare & ædificare, si possessores cessant, cuique permisit. b.)

a.) Paulus de Castro, in *L. si quis nec causam. t. ff. de reb. cred. num. 6.* Ferd. Vasq. *Ill. Controv. L. 1. c. 6. num. 7.* Gail. *L. 2. obs. 5. num. 18.* Anton. Perez, *ad C. 1. de Superind. num. 5.* Ziegler *de Jur. Maj. L. 2. c. 3. th. 20.* b.) v. Mevius *Part. 8. Dec. 239.* Brunneinan. in *L. 2. C. de præd. & omn. reb. navic. num. 12.* Struv. *Diss. de adif. privat. ibesf. 50. 51. 52.*

THEM. VIII. Quoties 3.) obsidione Civitas premitur, hostiumque vis & machinatio per defensionem, inter Civium certos ordines distributam, avertenda & repellenda est, civis, in propria persona defensionem Civitatis invigilans, obsequium detrectare nequit, quando

Magistratus Imperio stationem, etiam cum summo vitæ periculo, tue-
ri iubetur. Nam indeterminata quidem est obsequii promissio, quam
civis civitati fecit, eandemque præter necessitatem ad subeunda gra-
vissima vitæ pericula extendi æquum non est. At, ubi universitas Ci-
vitatatis sine membrorum aliquot internectione servari non potest, arbi-
trio Magistratus prudente, nonnulli vel præsentissimo vitæ periculo
exponi possunt: Hoc enim Civis boni officio convenit, ut ipse publi-
cæ magis, omniumque salutis, quàm sui curam gerat, atque civitatem
laborantem re & sanguine adjuvet, ne publica securitas, civitate de-
fensoribus destituta, pessum eat. a.) 4.) Quod si Magistratus ex
officio, Criminis alicujus cognoscendi & vindicandi gratia, Civem, sub
fide juramenti, quod Civitati præstitit, interroget, an non criminis il-
lius auctorem aut alias delicti commissi circumstantias sciat, suam sci-
entiam civis b. f. exponere tenetur. Nam delictum, quod directò ad
evertendam publicam salutem tendit, civis, ob vinculum, quo, ad pro-
movendam Civitatis utilitatem, civitati adstrictus est, indicare de-
bet. a, L. 1. §. 21. 22. 26. ff. ad Scutum Syllan. L. 6. ff. ad L. Pompej. d. par-
ricid. L. 121. ff. de R. J. L. 5. §. 6. C. ad Leg. Jul. Maj. b.) in reliquis verò
delictis, à Magistratu interrogatus, nihil veritatis merito dissimulat,
laudatissima enim Magistratus cura ad detegendum crimen tendens
promississimo obsequio adjuvanda est. fac. L. 13. ff. de Offic. Pres. L. 51.
f. ff. ad Leg. Aquil. Nec obstat, quod crimen commissum tantummo-
dò sciens & non revelans delinquere non creditur. L. 48. §. 1. ff. de
furt. L. 10. §. 2. ff. quis in fraud. Cred. L. un. C. ut nom. in vii. ag. vel ac-
cus. cog. j. L. 22. §. f. ff. de jure fisc. quandoquidem Magistratu de scientia
Civem interrogante, civis mentiens & ignorantiam prætendens gra-
vissimè peccat. a. c. 4. X. de furt. L. 2. ff. de receptat. L. 21. ff. de interrog.
in jur. fac. & delictum non revelando occultatoris personam induit. c.)

a.) v. Grot. de Jur. Bell. & Pac. L. 1. cap. 3. num. 4. 5. Puffen-
dorff. de Jur. Nat. & Gent. L. 1. c. 4. §. 4. b.) Bartol. in L.
6. ff. ad L. Pompej. de parr. num. 3. Theodor. Coll. Crim.
Diff. 3. 1b. 15. l. c. c.) v. Carpzov. Pr. Crim. qv. 134. num.
56. seqq. Joh. Emer. Rosbach. Compar. 7. C. & C. L. 3.
sit. 27. num. 4. Uffelm. ad Rittersh. Diff. Jur. Civ. &
Can. L. 6. c. 3. obs. 4. Jul. Clar. Sent. L. 5. §. f. q. 87.

TH. IX.

THES. IX. **Quemadmodum in extraordinariis Magistratum**
 imperiis obsequium, ut supra dictum est, Civis Magistratui debet, ita
 multò magis *boni Civis officium obedientiam ab eodem in iis, quæ ordina-*
riè à Magistratibus imperari solent, exigit. Quo referimus 1.) Obser-
vantiam statutorum, quæ plerumque expressis verbis in Juramento Ci-
vium promittitur. Cum enim illa de oneribus & emolumentis Ci-
vium desponant, oneribus se civis non subducat, emolumenta saltem
captaturus, ne reliquis Civibus gravis sit, qui perperam non publicæ
sed privatæ saltem utilitati studet. Hinc contra Civitatis statuta ni-
hil Civis impetret, vel usurpet, a.) Dum autem actus Civium secun-
dum civitatis statuta dirigi volumus, prætermittendum omninò non
est. 1.) an Statutorum vim obligandi ex verbis, an verò ex usuali inter-
pretatione, estimari satius sit? Posterius meritò asseritur, quoties ex
usu petita interpretatio certa est. Nam, .optima legum interpret est
consuetudo, L. 37. j. L. 17. ff. de l. L. 23. ff. eod. L. 24. ff. ad Munic.
b.) 2.) Quod is, qui statutorum observantiam promittit, non de iis, quæ
contraria consuetudine dudum abolita sunt, sed de illis, quæ præsentem
obligandi virtutem habent, sentire videatur. Sicuti enim leges contrariâ
consuetudine sublata legum nec nomen nec autoritatem amplius
merentur, L. 32. ff. de Leg. §. 11. J. de J. N. G. & C. ita Statuta, quæ ni-
hil aliud sunt, quam leges particulares, per contrariam consuetudi-
nem specialem ab obligandi facultate exclusa, Statutorum appellati-
onem & obligationem non admittunt. Quoniam igitur juramentum
ultra intentionem exigentis & præstantis extendendum non est, &
uterque de Statutis, vim obligandi adhuc habentibus, dubio procul
sentit, Juramentum exactum & præstitum de Statutis usu receptis, non
abrogatis, interpretandum est, a. c. humane. caus. 22. qv. 5. c. 25. X. de
jurej. c.) 3.) Quod Civis, qui statuta condita se servaturum juravit, vi
horum verborum juramenti & intentionis suæ non ad statuta, quæ post-
ea condita fuerint, sub equali vinculo se obstrinxisse credatur: est enim
juramentum strictissimæ interpretationis, & ultra intentionem juran-
tis neutiquam extendendum. a. L. 76. §. 1. ff. de V. O. c. 16. & 35. X. de
jurej. d) interim negari nequit, Civem, vi generalis obsequii, cujus
promissionem jusjurandum Civium complectitur, ad Statutorum in
Reipublicæ salutem legitimè condendorum observantiam se efficiaci-

ter obligasse (e.) Cujus scrupuli evitandi causa nonnullis in locis Ci-
ves ad conditorum condendorumque statutorum obedientiam se ju-
ramento adstringunt. Non minus jurantem, propter generalem ob-
sequii promissionem factam, ad parendum consuetudinibus obligatum
putamus, quia mores inveterati Legem imitantur §. 9. 7. de J. N. G. &
Civ. L. 32. ff. de ll. paremque cum lege vim obligandi habent. Unde
fit, quod promissio de legitimis consuetudinibus observandis juramen-
to verbotenus nonnunquam inseritur.

a.) Mevius part. 2. Dec. 317. n. 2. b.) Hart. Pift. L. 1. qv. 16. num. 10.

Mev. Part. 7. De. 254. num. 12. c.) v. Mev. part. 3. Dec. 60.
Jason, in L. si filius 7. ff. de lib. & postb. n. 22. d.) v. Cujac. in
d. c. 35. X. de jurej. e.) Conf. Jason. in L. si stipulatus fuerim §.
cum stipulando n. 12. Bartol. in ead. L. 76. §. 1. ff. de V. O. n. 3.

THES. X Ad ea, quæ ordinariè Civibus à Magistratu injungi so-
lent, civesque suscipere tenentur, referri possunt 2.) honores, & Civi-
lia munera, ea enim propter imponentis auctoritatem & Civitatis uti-
litem Civis sustinere, l. 2. §. 1. ff. de vacat. & excus. imponentique
Magistratui obsequium præstare debet. Quia verò munera vel ordi-
naria vel extraordinaria sunt, illa ob causam ordinariam imponuntur,
hæc autem publica necessitate vel utilitate exigente extra ordinem in-
dicuntur, a. l. 18. §. 3. ff. de Mun. & bon. a.) Sine distinctione ad mu-
nera hujusmodi ferenda Civem, de quo loquimur, devinctum esse, pu-
tamus, dummodo ea civibus, quatenus tales sunt, imponantur. a. L.
6. §. f. ff. d. l. j. L. 13. §. 21. 22. ff. eod. nec ab illis immunitatem legiti-
mam Cives legitime impetraverint. a. L. 1. C. de quib. mun. vel prest.
nem. lic. se excus. L. 5. C. de Sacros. Eccles. L. 18. §. 24. ff. de mun. & bon.
L. 5. C. de mun. patrim. L. 13. §. 1. 2. ff. de vacat. & excus. mun. b.)

a.) v. Hahn ad Wesembec. r. d. mun. n. 2. b.) v. Mynsing.
Cont. 4. Obs. 70. Ziegl. de J. Maj. L. 2. C. 2. th. 56. seq.

THES. XI At, quoniam in censum memoratorum munerum
etiam vilia referuntur, paucis expendendum est, annon iis per substitu-
tas personas Civis juratus ob dignitatem, qua pollet, fungi possit? Quod
omnino affirmandum est. Neque enim jura Civitatis ambiens, aut
Magistratus eadem petenti conferens, id in dubio agere censetur, ut
à di-

à dignitatis prerogativâ Civis excludatur, tum quo onere si impetranda essent Civium jura, multi ab eorum desiderio deterrerentur, ultra intentionem igitur jurantis, & Magistratus, cui juramentum persolvitur, juramentum vim obligandi non habebit, *a. c. 16. X. de jurej.* Et quemadmodum Vassallo, ad servitia Domino feudi obstricto, quoties dignitas ipsius non patitur, ut in propriâ persona serviat, merito permittitur, ut per substitutum idoneum servitia præstet, *a. text. 2. feud. 55. §. firmiter.* Imò Dominus feudi feudum concedendo personæ ob dignitatis excellentiam, non nisi per substitutum servitia præstituræ, tacite quasi per substitutum serviendi facultatem concessisse creditur, *a. 11. f. 99. j. L. 125 ff. de V. S. L. 12. C. de excus. num. a. l. f. C. de quib. mun. vel præst. nem. lic. se excus. L. 4. C. de priv. dom. Aug. a.)* ita in Civium numerum recepto, cum honestè in propriâ personâ, ob dignitatem vili munere fungi nequeat, tacite potestas expediendi munus per substitutum concessa creditur, unde nec Clericos, nec alios dignitate singulari ornatos hodiè ad excubias agendas, vel similia munera in propriâ personâ subeunda, compelli videmus, *b.)* Reliquas obsequii partes à bono Cive studiosè observandas ex generali promissione obsequii colligere difficile non est.

a.) *v. Struv. Synt. Jur. feud. c. 11. tb. 6. num. 4. Joh. Borchart. in consuet. feud. c. n. 23. b.) Conf. Ehrh. F. Aug. Kirchen-Ordnung von immunit. und Freyheiten der Kirchendienner §. darneben. Carpz. JPr. Eccles. L. 2. d. 340. n. 4. seq. Berous V. 1. Conf. 31. n. 25.*

CAPUT V. DE JURIS JURANDI CIVIUM FORMA ET FINE.

THES. I.

AB Objecto ad Formam Juramenti Civium pervenimus, cujus formam primò intrinsecam, deinde extrinsecam considerabimus. Forma intrinseca Juramenti Civium consistit in juratâ promissione, de utilitate Civitatis promovendâ & obsequio præstando, quamvis autem pu-
ram

ram fidei promissionem in solennibus juramenti hujus formulis ple-
rumque adhiberi cernamus, accidere tamen nonnunquam potest, ut
Civis non, nisi sub certâ conditione, Civitatis jura petat, & Magistra-
tus, in conditionem illam consentiens, conditionalem fidei & obsequii
promissionem admittat, quo casu nihil vel iniqui vel absurdi huic Ju-
ramento Civium subesse putamus. Nam, & destinatum peregrina-
tionibus proximum tempus, & dubius in constituendo domicilio a-
nimus, & intentio non iniqua puram detrectandi obligationem in ju-
rante; in Magistratu autem conditionis æquitas, personæ recipiendæ
qualitas, & ex accessione Civis sperata Civitatis utilitas &c. condi-
tionis adjectionem ferri permittit. *Magistratus* igitur, nisi vel statui
vis, vel superioris auctoritas ejusdem manus ligaverit, *etiam conditio-
nale Civium juramentum recipere potest*, ubi ipsa in Civium numerum
relatio sub eadem conditione suspensa est, sub quâ pendet ex juramen-
to præstito emergens obligatio; siquidem ea, quæ sub conditione pro-
mittuntur, non, nisi existente conditione, debentur, *a. L. 2. ff. de Con-
dit. Instit. L. 213. ff. de V. S. L. 44. §. 10. ff. de condit. & demonstr. ita ho-
magium quoque non purè semper, sed sæpe sub expressâ conditione,
præstari, experientia testatur. a)*

a.) *Conf. Ritter de homag. c. 6. concl. 114.*

THES. II. *Ad extrinsecam Juramenti Civium Formam* pergentes
eandem spectamus I.] *respectu loci.* Et quidem præstari solet juramen-
tum Civium ordinariè in Curia publicâ, tanquam loco publico, in quo
Senatus cujuslibet Civitatis jurisdictionem exercere, & publicis utili-
tatibus, collatis consiliis votisque, prospicere consuevit. Extra ordi-
nem verò jusjurandum, de quo agimus, non ratò persolvitur in priva-
tis ædibus, coram personis ad juramenti receptionem à Senatu regu-
lariter delegatis, quoties vel personæ juraturæ dignitas, vel adversa
valetudo, vel similis ratio, arbitrio Magistratus relinquenda *L. 15. ff.
de jurej. j. L. 1. §. f. ff. de jure delib. per delegatos extra Curia locum
juramentum hoc recipi svaferit, a. §. 2. I. d. Libertin. L. 7. ff. de Ma-
num. vind.*

THES. III. *Annon autem Clericis* hac in parte tribuemus privile-
gium, iisque *coram Magistratu Ecclesiastico saltem*, apud nos in Consi-
storii jurandi necessitatem imponemus? Neutiquam, nam in juramento
præstando ad impetrandâ Civium jura Clericus ad temporalia benefi-
cia

cia consequenda tendit, & ad Civitatis utilitatem procurandam se obstringit, atque ita in negotio non Ecclesiastico sed seculari versatur, unde tanquam persona secularis non Ecclesiastica consideratur, & illius, non hujus jure utitur, *a. c. f. X. de Judic. c. 6. X. de for. comp. c. 30. X. de Jurej. c. 1. de Privil. 6. j. c. 3. Diss. huj. tb. 13. a.)* Non obstat 1.) *c. quanquam caus. 14. qv. 2.* ubi coram suo Episcopo Clerici testimonium deponere jubentur, etiamsi in secularibus negotiis tanquam testes adhibeantur, unde flexisse videtur nonnullorum locorum observantia, quæ Clericos in Judicio Ecclesiastico jurare & deponere cupit, quamvis ipsi in causâ seculari ad testimonium dicendum producti sint; b.) quandoquidem in dicto capite de juramento testium agitur, quod non à Clerico, intuitu commodi cujusdam temporalis secularem personam representante, sed propter utilitatem publicam, ne veritas occultetur, à Clerico, quatenus talis est, ad instruendum de veritate judicem existit, & citra omnis emolumentum proprii spem præstatur, Non obstat 2.) *c. 12. X. de for. compet.* quod ne quidem juramento adhibito Clericum fori privilegio renunciare permittit in temporalibus causis, ne juri publico privatorum pactionibus derogetur, & in injuriam Ordinis Clericorum cedat singulorum renunciatio. Quicquid enim pro Pontifice conentur afferre Aulæ Pontificiæ Gnathones, c.) cordatiorebus jam diu suboluit veritatis solem non ferre fucatas rationes, quibus ipsi cœcutientibus hominum oculis imponere satagunt. Multò æquior est Justiniani Constitutio in L. 51. C. de Episc. & Cler. quæ Clericos factam fori renunciacionem servare jubet, eamque conventionem sine perfidiâ violari non posse docet, cum omnes licentiam habeant juri, pro se introducto, renunciandi. Neque enim singulorum renunciatio Privilegio Clericorum universali præjudicat, quia jus singulorum à jure universitatis toto cœlo differt. *a. L. 2. L. 7. §. 1. ff. Quod cuj. univ. nom. fac. c. un. §. verum. de Statu regul. 6.* Et quidem Privilegium fori vel universis vel singulis Clericis est concessum, si universis datum est, frustra de singulorum renunciacione quæritur, quoniam nemo juri, quod non habet, renunciare potest, & privatio habitum præsupponit, *a. §. 4. I. d. capit. deminut.* Si singulis Clericis est indultum privilegium, singulorum renunciatio singulis non universis præjudicium parit. *a. 1. C. de Usufr. d.)*

a.) v. Carpz. JPr. Eccles, L. 2. d. 311. n. 6. Ord. Eccles. tit. non im-
munit.

munic. S. darneben. Philipp. ad Dec. El. I. obs. 5. n. 12. seq.
Gail. L. 1. Obs. 37. Ziegl. ad Inst. Jur. Can. L. 2. t. 20. §. 14.
verb. vel. b.) Gail. L. 1. Obs. 100. n. 15. Philipp. ad d. Dec. N.
El. 1. obs. 5. n. 12. ubi præj. j. Andr. Vallens. paratit. 7. Can. L. 2.
t. 21. n. 7. c.) v. Covarruv. part. 2. Releñt. in C. Qvamis. de
pañt. in 6. pr. n. 29. P. Ludov. Engel. Coll. Jur. Can. part. 3.
L. 5. t. 21. §. 5. n. 30. Anton. Faber in C. L. 9. t. 29. d. 13. num. 5.
d.) Cujac. in c. 12. X. de for. comp. Brunnem. in L. 51. C. de
Episc. & Cler. n. 4. Stryk. in addit. ad Brunnem. Jus Eccl.
L. 3. c. 1. §. 12. verb. & prohibentur. Hillig. ad Donell. L. 17. c.
10. L. y. Ziegl. ad Inst. Jur. Can. L. 3. t. 11 §. 4. verb. passioni-
bus. Conf. Bartol. ad L. 29. C. de pañt. pr.

THES. IV. *Ad extrinsecam juramenti Civium formam referimus*
 2.) *Modum præstandi hoc juramentum vel in propria personâ, vel per*
Procuratorem, ubi prætereundum non est 1.) an hoc iurandum per
procuratorem rectè præstari queat? Id quod affirmandum esse videtur,
sive Civilis, sive Canonici, sive Saxonici Juris argumenta excutiamus.
Nam, generalis est juris hæc regula: potest quis per alium quod potest
facere per se ipsum. c. 68. d. R. 7. 6. L. 1. §. 2. ff. de Proc. ad juramenti
præstationem applicata in L. 13. §. 13. ff. de damn. inf. L. 9. §. 6. ff. de
jurej. c. 3. 4. 7. X. ii. c. fin. de juram. cal in 6. atq; specialiter in Juramen-
to fidelitatis & homagio adhibita in c. un. §. verum de stat. regul. in 6to.
Quis verò nescit animam mandantis per Procuratoris juramentum,
præstitum in animam principalis. c. 2. de rest. in 6to. obligari, cum de
Principalis jurandi per alium intentione ex speciali mandato, Procura-
tori dato, constet. Et certè, factum proprium personæ juraturæ in hoc
jurejurando Civium præcisè desiderare, nihil aliud est, quàm iniquita-
tis accusare constitutiones, quibus vel calumniæ, vel fidelitatis jura-
mentum, vel homagium per Procuratorem præstitum approbatur.

a.) *v. Andr. Knichen in Jus Sax. de non provoc. c. 4 p.m. 266. Hahn.*
ad Wesenb. t. de jurej. n. §. 3. Mev. part. 7. Dec. 382.

THES. V Unde nullo modo commovemur per dissentientis Za-
 ssi a.) sententiam, in terminis propositam, quippe qui civem Juramen-
 tum, Civitati debitum, personaliter præstare compelli asserit. Ut ta-
 men de fundamentis, quæ pro illius opinione afferri possunt, pleni-
 us constet, brevibus eadem commemorata resolvemus. Primum, si quis
 Baldi

Baldi (quamvis à se ipso dissentientis) vestigia premere velit non parum patrociniū se invenisse putabit in ejusdem sententiā, quā juramentum fidelitatis per Procuratorem præstari posse negat b.) Secundo, ex rationis paritate inferens, existimabit juramentum Civium æquè per Procuratorem præstari non posse, atque testis per Procuratorem de veritate dicendā jurare prohibetur. *a. cap. 47. X. de jurejur.* Tertio asseret, majorem esse hominum levitatem gravioremque perjurii metum, si per interpositam personam jurare liceat. *a. L. 12. S. 4. C. de reb. cred.* Quarto juramenti Civium præstationem propterea à Cive ipso suscipi debere contendet, quod eadem continere videtur reverentiæ aliquam testationem, quæ personæ præsentiam desiderat, *a. L. 26. §. 12. ff. de condi. indeb.* Quinto ex Jure Saxonico, de quo simul locuti sumus, urgebit juramenti præstationem merè personalem esse, neque per Procuratorem, licet speciali mandato instructus sit, expediri posse. *v. T. 18. O. P. S. §. f.* Hisce argumentis satisfacturi primo Baldi sententiam, juramentum fidelitatis per Procuratorem præstari posse negantis, omnino deserimus, haud obscuro textu *c. un. §. verum. de Stat. reg. 6. j. 11. f. 1. 3. §. 1. Et 33. moti, c.)* & reverentiæ testandæ necessitatem juramenti præstationem per interpositam personam non impedire, persuasi *a. 11. f. 7. 23.* cum & reverentiæ testationem per Procuratorem & Procuratori facere liceat: nam Procurator non suam, sed principalis personam repræsentat. *a. L. 13. §. 14. ff. de damn. inf. j. L. 51. §. 1. ff. de Proc.* unde simul vis quartæ rationis evertitur. Interim, quando Procuratorem ad Juramenti Civium præstationem admitti posse putamus, non excludimus Magistratus Civitatis hac in parte arbitrium, qui à juraturo ex justâ causâ, non aliter atque Dominus feudi à Vasallo, juramenti præstationem personaliter exigere potest. *c. un. §. verum. de Stat. reg. 6. d.)* Secundo, secundam & tertiam rationem non ad nostrum juramentum Civium commodè applicari, sed ad ea juramenta imprimitis referendam esse putamus, in quibus de rei veritate asserendâ agitur, illic enim ex jurantis vultu, titubatione deponentis, aliisque circumstantiis de jurantis malitiâ non raro constare, per admonitiones, de perjurio evitando factas, alioqui pejeraturus, dormientis conscientiæ ictibus excitatus, commoveri, & fiduciæ deferentis, qui eum, cui detulit juramentum, non pejeraturus esse credit, omnino satisfieri potest e.) Contra in juramento Civium, quod promissori-

um est, & non tam alterius, quàm jurantis, præjudicium respicit. Ci-
vis arbitrio Magistratus ad jura Civitatis, morum & conditionis præ-
viâ cognitione, admittendus non præsumitur animum pejerandi ha-
bere, sed tanquam vir bonus promissis satisfactorus esse, unde jurame-
ntum ejus loco per Procuratorem consensu Magistratus, cui jurata
promissio sit, accedente præstari, nihil prohibet. Tandem non com-
movemur juris Saxonici dispositione in *O. P. S. T. 18. §. f.* quæ operam
Procuratorum in Juramentis præstandis generaliter repudiare videtur:
nam, memoratus §. ad juramenta judicialia restringendus, non ad
juramentum fidelitatis, homagium, &c. extendendus est. f.) Quod si
verò consuetudo aut statutum Civitatis procuratores in hoc jure ju-
rando repudiet, non esse audiendum eum, qui per Procuratorem jurate
vult, æquo animo concedimus, nisi dispensandi arbitrium Magistra-
tui relictum sit. *a. l. 80. ff. de R. J. L. 6. ff. de vition. g.)*

a.) Udal. Zas. in *Uf. feud. part. 7. n. 21.* b.) *v. Hart. Pist. L. 2. q. 47. n. 58.* c.) *Conf. Jul. Clar. sentent. L. §. feudum. qv. 49. n. 13. Carpz. Disput. feud. 6. tb. 27. Rauchbar. L. 1. qv. 8. num. 11. Covarruv. in c. quamvis. de pactis in 6to n. 19. d.) Carpzov c. l. thes. 28. Moller. Sem. L. 4. n. 20. 4. Hartm. Pist. L. 2. qv. 47. n. 19. Covarr. c. L. n. 19. Rauchbar. c. l. n. 19. a.) v. Ant. Faber. in C. L. 4 T. 1. d. 31. n. 1-3. Hillig. ad Don. L. 24. c. 22. L. b. f.) Martin. in *Comm. for. add. §. f. c. 18. n. 7. Rauchb. c. l. n. 23. Berlich. part. 1. concl. 34. n. 26. g.) Carpz. tr. de pact. Confut. Sax. tb. 30. Sim. Ulr. Pist. ad Hartm. Pist. L. 2. qv. 47. L. c. Conf. Ritter de homag. c. 5. concl. 112.**

THES. VI Quoniam verò ad jura Civitatis integra Collegia &
universitates admitti posse supradictum est, quæritur, quâ ratione ab
his Juramentum Civium per solvi possit? Præcipuè hic consuetudinem
attendendam esse putamus, contra receptum enim modum colle-
gia & universitates meritò jurare non compelluntur, quoniam legiti-
ma observantia legis auctoritatem habet, *L. 32. ff. de leg. L. 24. ff. ad
Munic. c. 13. X. de major. & obed. a.)* Jubi verò consuetudine nihil deter-
minatam est, vel per eos, qui Civitatis res administrant, *L. 97. ff. de
cond. & demonst. j. L. 14. ff. ad Munic. Ordinem Senatorium, aut Sen-
atorii ordinis personam, ut Consulem, reliquis præsentibus, aut can-
dem sufficiente mandato instruentibus, a. auth. hoc jus. C. de Sacros.
Ecles.*

Eccles. vel per Syndicum speciali mandato instructum, à L. 1. §. 1. ff. L. 6. §. 3. ff. quod cuiusq. un. nom. j. c. 3. X. de juram. cal. c. f. de Jur. cal. 6. hoc iuramentum persolvi potest, & quidem, si is, qui Magistratus portio est, nomine totius ordinis, juret in suam & principalium, si verò juret is, qui ex numero Magistratum illius Civitatis non est, saltem in principalium animam jurat. b.) Non obstat ex Jur. Sax. Part. 1. C. Elef. 13. quæ delatum collegio iuramentum per tres vel quatuor è Senioribus Collegii, & qui negotium optimè cognitum habent, non per Syndicum præstari vult. Loquitur enim illa constitutio, ceu ipsa verba indicant, de juramento delato, non promissorio, quandoquidem delatum iuramentum, quod de veritate asserenda concipitur, ad litis decisionem promovendam Jure Saxon. in propria persona, opera Syndici exclusa, præstari debet, & quidem ab iis, qui veritatem plenissimè perspectam habent. Longè aliam naturam esse juramenti hujus promissorii inficias non ibit, qui perpenderit de obligatione sub juramento vinculo contrahenda, non veritate de rebus præteritis dicenda, in hoc Civium jurejurando agi, quam obligationem per Procuratorem, speciali mandato instructum, constitui juris nec ratio nec dispositio prohibet. c.)

a.) *vid. præj. ap. Mevium par. 3. Dec. 54. n. 9. 10. j.*, Sim. Ulr. Pist. ad Hartm. Pist. L. 2. qv. 47. L. p. Ludol. Schader. de Feud. Part. 10. Sect. 5. n. 98. b.) *v. Bart. & Brunnem. in L. 97. ff. de condit. & dem. Mev. c. L. ir. part. 7. Dec. 388.* Struv. Synt. Jur. Feud. c. 8. tb. 6. n. 5. Jalon. in prælud. feud. n. 93. Duaren. in consvet. feud. c. 13. num. 3. Moller. ad P. 1. Constitut. Elef. 13. num. 1. seqq. Anton. Faber. in C. L. 4. e. 1. d. 40. c.) *v. Dd. alleg. j. Setser. de Juram. L. 1. c. 14. num. 23. 24. Carpz. P. 1. C. 13. d. 1. 2. 3.*

THESES. VII. *Extrinsicam juramenti Civium formam respicit 3.)*
Ritus, quo illud jusjurandum persolvitur. Hic verò à ritu vulgari, in juramento corporali adhiberi solito, plerisque in locis non discrepat. Unde prælectum à Civitatis Syndico vel Poligrapho &c. iuramentum in Civium juratorum numerum recipiendus verbotenus repetere consuevit, exactis in sublime indice & medio digitis, in quo consistit præcipua solennitas hujus juramenti. a.) Quanam illius receptæ solennitatis sit ratio. *v. ap. Setser. & alios.* b.) Quoniam verò solennitas

hæc ab instituto humano profecta est, ut per ipsos ritus commonerentur jurantes de arduo, quod gerunt, DEUM testem vindicemque perjurii invocantes, negotio, *Annon optima qua de juraturo est fiducia fore, ut suæ salutis sit memor, efficiet, ut omitti hæc solennia pro arbitrio queant*, præcipuè quia DEUS jurantis intentionem non juramenti solennitatem inspicit. *c. humane. c. juramenti. caus. 22. qv. 5.* Quoties statutum vel consuetudo Civitatis corporale Juramentum à Cive cooptando præstari imperat, non potest consensu ejus magistratus, qui de statuto vel consuetudine dispensare nequit, remitti hæc juramenti solennitas: nam, forma à Lege præscripta præcisè observanda est. *L. 8. §. 12. ff. de Transact. j. l. 1. C. si adv. vend. L. 3. C. si min. se maj. dix.* Reliquæ verò solennitates, sicuti apertura januarum, fenestrarum, confidentiam surrectio capicumque denudatio &c. inter adiophora referuntur & regulariter, etiam si statutum vel consuetudo corporale juramentum exigat, rectè omitti possunt. c.)

a.) Joh. Eichel. *Diss. de Jur. Civ. part. post. c. 1. verb. hæc, j. Cuiac. in l. 2. C. si adv. vend. Duaren. in tit. de jurej. c. 11. b.) Setser. de Juram. L. 1. c. 15. num. 20. Rauchbar. part. a. qv. 2. num. 88. Hillig. ad Donell. L. 24. c. 21. L. 2. c.) Carpz. L. 13. Resp. 49. n. 4. §. Rauchb. L. 2. q. 2. n. 89.*

THESES, VIII. *Partem extrinsecæ formæ juramenti Civium constituit.* 4.) *Formula, qua adhibita juratur, eamque dispescimus in generalem & specialem. Generalem appellamus, quæ ob generalitatem suam non certæ Civitati propria est, sed diversis Civitatibus applicari potest, Specialem verò, quæ in certa Civitate præscripta specialiter ad eam restringitur. Exemplum generæ formulæ referre videtur Ritter de homag. c. 6. num. 133. quam subjicere lubet: Ich N. N. schwere, daß ich nun hinforter nach diesem Tage in der Stadt N. ein treuer und ein Hold-Bürger will seyn. Den Herren zu ihren Rechten/ und der Stadt zu ihren Rechten/ und will nicht thun/ was gegen die Herren und die Stadt sey/ und da ich iemand wüßte/ der dessen etwas thäte/ das will ich unholdend seyn/ ohne arge List / so wahr mir Gott helffe und sein heiliges Wort. Formula specialis in ordinariam & extraordinariam dispesci potest. Ordinariam dicimus eam, quæ in certa civitate regulariter adhibetur; Extraordinariam verò, quæ ob singularem rationem à solenni & usitata formula Juramenti recedit. Ut itaque*

itaque in speciali formula recensenda instituto nostro quoque satisfaciamus, formulam, quæ in Civitate Lipsiensi observatur, subijcere visum est; ea vero homagium simul complectitur, & subsequenter verbis continetur. Rubr. Bürger Eyd zu Leipzig. J. H. N. N. Schwere/ das ich Herrn Johann Georgen dem Dritten / Herzogen und Churfürsten zu Sachsen/ meinem Gnädigsten Herrn / und Er. Churfürstl. Durchl. männlichen Leibes Erben/ und nach gänglichen Abgange des Churf. Männlichen Stammes/ welches doch Gott gnädiglich verhüten wolle / diejenigen / auff welche in denen Häusern Sachsen und Hessen/ vermöge Ihr. Churf. Durchl. allerseits Erb/ Verbrüderung / sämtlicher Belehnung und auffgerichteter Verträge / die Succession dieser Lande kommen wird / und auff alle Fälle dem Rath zu Leipzig getreu/ hold/ gewertig und gehorsam seyn/ Ihrer Chur- und Fürstl. Durchlauchtigkeiten Ehre/ des Raths und gemeiner Stadt zu Leipzig Nutz und Bestes fordern/ schaffen/ thun und werben/ und mich allen billigen Ordnungen des Raths/ so allbereit auffgerichtet/ oder noch auffgerichtet werden möchten/ gehorsam erzeigen will. Und ob ich Ihrer Chur- und Fürstl. Durchl. des Raths und gemeiner Stadt Leipzig Gefahr/ Schaden und Nachtheil ersühre/ den will ich nach meinem besten Vermögen treulich warnen/ melden und offenbahren / und ein gehorsamer Bürger seyn / auch Ihr. Chur- und Fürstl. Durchl. und E. E. Rathe schuldige Dienste und Pflicht willigst leisten/ und sonst alles andere thun/ was mir/ als einen getreuen Unterthanen und Bürger / von Gottes / auch Gewohnheit und Rechts wegen zu thun und zu lassen gebühret. Als mir Gott helffe durch Jesum Christum unsern Herren. De aliis formulis juramenti Civium specialibus consule Ritterum. a.)

a.) Ritter. de homag. c. 16. concl. 129. seq. i. Hahn. ad Wesenb. t. ad Munic. num. 4.

THES. IX. Quoties igitur certa juramenti formula in Civitate recepta est, quaeritur, an Magistratus eandem pro arbitrio mutare possit? Hæc quaestio non simpliciter, sed cum distinctione resolvenda esse videtur. Nam, prout ipsa juramenti formula vel Magistratum Civitatis, vel Civitatem, vel Superiorem (quod cumulato homagium cum hoc jurejurando contingit) respicit, adeoque diversas partes complectitur, diversa sententia eligenda est. Quatenus juramenti formula

formula solum Magistratus interesse respicit, nihil impedit formulæ receptæ mutationem in Magistratus præjudicium. *a. L. 23. C. de part. L. 35. ff. de R. J. a. c. 5. X. de Excess. Prælat.* dummodo ipse Magistratus per modum statuti à superiore præscripti ad certam formulam præcisè adstrictus non sit; *a. L. f. C. de leg. ar.* ea particula juramenti, quæ vel totius Civitatis utilitatem, vel Principis, aut alius superioris interesse tangit, regulariter mutari in deterius nequit, *d. c. 5. j. L. II. C. quod inc. caus. a.)* nam in Civitatis utilitatem quin magna causa exigente *a. L. 2. ff. de constit. Princ. L. 27. ff. de R. I.* mutari possit solennis formula dubitandum non est, quandoquidem Magistratus officium exigit variis, prout publica utilitas exegerit, modis publicæ tranquillitati consulere, quæ si nulla ratione melius, quàm, ad præcavendam Reip. labem, sub jurisjurandi vinculo obstrictis Civibus, promoveri queat, cur ad eam publico prospiciendi rationem pervenire Magistratus, suæ potestatis fines non excedens, prohibeatur? Præcipuè, quia experientia docet jurantes ea, quæ sub generali formula comprehenduntur, sæpè non satis excutere, ut proinde Reipubl. expediat ad specialem casuum enumerationem perveniri, in quibus publicæ utilitati serviendum, & obsequium præstandum sit. *a. L. 81. ff. de R. I. L. 56. ff. mandati. II. F. 7.*

a.) v. Ritter. de homäg. c. 6. num. 134. b.) v. Caspar. Bittsch. *Comment. in Consuet. feud. ad tex. II. f. 5.*

THEX X. *Transcundum* nunc est ad *extraordinariam juramenti formulam*; ea verò constituitur, quoties à consveta formula receditur. Unde 1.) memoratam Civium Lipsiensium formulam mutare licet, quando persona juramentum dictum solenne homagium jam antea legitime præstitit, quod eò æquiore animo quemlibet concessurum esse confidimus, quo evidentius apparet homagium, ceu supra meminimus, à juramento Civium separari posse, & ab eodem non uno modo differre. Et quamvis duplex vinculum fortius liget, quàm unum, *a. §. 2. I. de adop. L. 22. C. ad SCtum Vellej. Aurb. itaque C. Commun. de success. & homagii reiteratio propterea imperari posse videatur, attamen illa regula tum imprimis obtinet, quando superveniens vinculum à priore diversum & §. 2. naturam & virtutem singularem habet, d. §. 2. nec quisquam regulariter actum, sumel legitime celebratum, novâ iterationis causâ non emergente, repetere tenetur. a. L. 3. §. f. L. 4. ff. ut in poss. ff.*

possess. Leg. nom. 2.) Quoties autem specialis observantia Civitatis, etiam præstito antea homagio, Juramentum Civitatis cum homagio conjunctum à Cive recipiendo præstari jubet, eam observantiam tueri, Magistratui licebit: nam præstiti homagii iteratio non planè frustranea est, quoniam actus ex intervallo repetiti animum magis deliberatum præsumi faciunt, jurantemque, violato juramento, graviore perjurii præsumptione onerant. *a. L. 28. §. 3. ff. de pœn. d. L. 22. C. ad SCtum Vellej. j. L. f. §. 4. ff. eod.*

a.) v. Gueddeus in L. 89. §. ff. de V. S. n. 2. a.) Bartol. in L. 21. C. de agric. & cens. num. 7. Brunnem. in L. 22. C. ad SCtum Vellej. num. 7.

THES. XI. Præterea negligi potest solennis juramenti formula, quoties persona Civitatis jura ambiens fori Privilegio gaudet. idq; salvum esse cupit. Nam Magistratus, in hanc fori privilegiati reservationem consentiens, solenni formulæ adjici patitur, salvis tamen fori privilegiis, id quod non raro contingit, si Consiliarius, vel alius Principis Officialis, Civitati juret, & in eâ domicilium constituat, sed in personalibus causis privilegiato in Aula Principis foro renunciare, seque Magistratui Civitatis subijcere detrectet, vel, si Academici, fori Privilegiis nihil decedere volentes, Magistratui Civitatis, cum jam memoratâ reservatione, juramentum præstent. Hisce casibus enim non aliter, ac si juramentum Civium nunquam præstitissent, & domicilium in Civitate nunquam constituissent, fori Privilegio meritò fruuntur. *L. 4. §. 1. ff. quib. mod. pign. solv. L. 7. ff. de agv. quot. & astiv. L. 6. §. f. ff. comm. prædior. a)*

a.) v. Tiber. Decian. V. 4. Resp. 3. n. 245. 246. Cravetta Consf. 223. n. 6. Aug. Barbof. Axiom. L. 16. c. 43. ax. 1. Samuel Stryk. de cautel. Contract. Sect. 3. c. 8. §. 15.

THES. XII. Denique inferuntur formulæ juramenti ordinariæ in Civitatibus nonnullis hæc verba: So uns Gott heiffe und die Heilige gen. Cujusmodi ritus jurandi per sanctos orthodoxis meritò suspecti *v. Dent. c. 6. v. 13. c. 10. v. 20. Matth. c. 5. v. 35. seq. velligia in N. 8. T. 3. Aur. Bull. c. 2. §. 2. deprehendimus a.)* Quod si itaque Civitas eum Juramento Civium sibi adstringere velit, qui per sanctos non rectè jurari credit, meritò is à solenni hac formulâ recedi desiderat. Cui enim usui erit Juramentum per sanctos ab eo præstitum, qui sanctos, hujus
1 juris.

jurisjurandi ignaros, perjurii sui vindices non esse futuros sibi omnino persuadet, præcipue, cum certa juramenti formula adhibeatur, ut in verba præcuntis, deliberato concepta, jurantem perjurii metus à juratæ promissionis violatione magis deterreat. *fac. L. 5. §. ff. de Jurej. Genes. c. 31. v. 53. c. ecce dico, caus. 22. qv. 5. b.)*

- a.) v. Ritter de homag. c. 6. n. 128. Joh. Thomæ de nox. anim. c. 26. n. 24. Rumel ad A. B. Diff. 3. th. 17. Hillig ad Donell. L. 21. c. 13. L. c. b.) v. Grot. de J. B. & Pac. L. 2. c. 13. §. 12. Mynf. Cent. 6. Obs. 20. Covarr. Releñ. in c. qvavis. de pact. in 6. part. 1. §. 1. n. 20. seqq. Franz. ad ff. t. de jurej. n. 13.

THES. XIII. Considerata forma ad juramenti Civium Causam Finalem progredimur, finis hic autem est vel principalis, vel minus principalis. Principalis vel ultimus vel intermedius. Ultimus finis respicit Civitatis totius *ευδαιμονίαν*, quæ promovetur accurata inter imperantes & parentes harmonia, communicque studio Magistratus & Civium ad totius universitatis & singulorum utilitatem conservandam & augendam. Finis juramenti Civium principalis intermedius spectari potest vel respectu personarum, quæ recipiunt, vel respectu earum, quæ præstant juramentum Civium. Recipientes hoc juramentum illud intendunt, ut eum, qui numero Civium adscribendus est, jurata promissione exacta, ob vindictæ divinæ metum, sibi & Civitati fideiorem reddant: Humana enim judicia eorum que poenas multi, vel celando delicta, vel aliâ ratione effugiunt; ad vindicem perjurii DEUM evitare non licet, acutissimus ejusdem oculus abscondita videt, & omnipotens illius dextra corpus, non tantum, ubicunque constitutum sit, vindicta, perjurii comite, coercere, sed corpus & animam quoque ad æternos cruciatus damnare potest. 2.) Præstantes juramentum Civium id agunt, ut Magistratum & civitatem de suâ fide spirituali hoc vinculo promissioni addito, certiore, quam nudâ promissione, faciant, & ad Civium privilegia admittantur. Unde haud difficulter colligitur eos, qui rescriptis superiorum legisimis ad unum alterumvè Civium Privilegium admissi sunt, non illic necessitate præstandi hoc juramentum onerari posse. b.) Finis juramenti Civium minus principalis est, ut is, qui in Civium numerum receptus est, superiori quoque, homagium illi persolvendo, obstringatur, ne civitati fidelis cum, à cujus salute civitatis salus dependet, offendat, aut adversa.
ipsum

ipsum in perniciem Principatus conspiret, ipsaque præstatione homagii is, qui recipiendus est, testetur, quod Principi se non minus quam Civitati juramenti vinculo ad fidem obligatum velit. Propterea verò sine hunc minus principalem Juramenti Civium appellamus, quoniam homagium à juramento Civium diversum, imo diversissimum, illius partem per se non constituit, sed per accidens cum eo, secundum formam in Civitate receptam, cohaeret. Interim neutiquam inficiamur ex qualitate personæ, cui homagium præstatur, illam partem formulæ juramenti, quæ homagium complectitur, præcipuam esse, & prærogativam in relatione ad juramentum, quod Civitati persolvitur, omninò mereri.

a.) v. Setfer de Juram. L. 1. c. 3. n. 8. b.) v. Joh. Eichel de Jur. Civ. part. post c. 1. verb. sequitur.

CAPUT VI. DE JURISJURANDI CIVIUM EFFECTIBUS ET CONTRARIIS.

THES. I.

Finem brevissimis perpensum excipit *Effectus juramenti Civium*, qui vel est *Principalis vel Minus principalis*. *Principalis est vel generalis vel specialis*. Generalem effectum dicimus, qui à juramento Civium, quatenus est promissorium vel confirmatorium, regulariter dependet, specialem verò, qui à speciali vel jurantis vel juramenti qualitate proficiscitur. *Circa effectum juramenti Civium generalem* 1.) *speciandum est, quanam sit virtus juramenti Civium Promissorii*, deinde ad confirmatorium Civium juramentum pergendum erit. Effectus autem, quem habet juramentum Civium promissorium, examinandus est *secundum Jus Naturale Civ. & Can. Jure Naturali efficacem descendere ex hoc jurejurando jurantis obligationem* inficias ire non poterit, quisquis excutiet in jurante & propositum se obligandi ad utilitatem Civitatis promovendam & obsequium præstandum adesse, & ab ipso actu corporali, cum invocatione nominis divini, promissionem rei licitæ interponi. Unde, cum Jure Naturali repugnet fidei, præcipue tantà cum religione datæ, violatio nihil à naturali ratione magis abhor.

abhorret, quam hæc tam sanctè promissa negligi. a.) A quâ sententiâ alienus esse non videtur Cujacius b.) dum in casu L. 56. ff. de fidejuss. ex jurejurando ne quidem naturalem obligationem nasci tuetur: obligationem enim naturalem non simpliciter, sed in relatione ad jus Civile, considerat, quo ingenuus operas officiales, sive eas stipulatione, sive jurejurando promiserit, ne quidem naturaliter (quoad effectus tributos naturali obligationi jure Civili vel simpliciter vel secundum quid receptæ) debet, quia totam obligationem jus civile simpliciter improbat. a. L. 7. L. 9. §. 1. ff. de oper. libert. j. L. 10. ff. de obs. par. & patr. præst. c.)

a.) Conf. Hahn ad Wesenb. t. de jurej. n. 4. Setser. de Juram. L. 2. c. 1. n. 2. b.) Cujac. l. 22. obs. 7. c.) Conf. Franz. Ex. 9. qv. t. Covarr. part. 1. relect. inc. quamvis. de pact. in 6, §. 2.

THES. II. Ad Jus Civile conversi è numero Dd, alios deprehendimus, qui affirmant ex jurejurando promissorio obligationem ad agendum efficacem descendere. a.) alios, qui hoc ipsum negent. b.) Et horum quidem, negantium scilicet, opinioni nostrum quoque calculum adjicimus: juramentum enim promissorium actionis producendæ vim non habet, adeoque promissioni nullum vinculum Civile regulariter addit, a. l. 5. C. de leg. &c. cum nudam promissionem complectitur, instar pacti nudi valet, quod actionem non producit. l. 7. §. 4. ff. de pact. j. L. f. ff. de jurej. l. 95. §. 4. ff. de solut. L. 35. §. 1. ff. de jurej. Ut vero Dd, dissentientium ea argumenta, quæ ad juramentum confirmatorium referenda sunt, omittamus, breviterque sub censuram vocemus præcipua, quibus ipsi innituntur, argumenta, nihil pro contraria sententia facit 1.) l. 7. ff. de oper. libert. j. l. 36. ff. de manum. test. l. f. ff. de liber. caus. ubi jusjurandum liberti de operis præstandis obligationem producere haud obscure dicitur: nam, commemorati textus de exceptione loquuntur, quæ regulam nostram in casibus non exceptis confirmat. l. 12. §. 43. ff. de instruct. vel instr. leg. id quod pulchrè declarat Cajus in Inst. l. 2. §. 9. §. 5. indicans, libertum Patrono aut domum, aut munus, aut operas se daturum jurantem obligationem contrahere, sed nullam aliam personam hoc ordine obligari posse. Et hujus exceptionis ratio dubio procul libertatis beneficium respicit, cujus intuitu Patrono jurata hæc promissio fit. a. l. 9. §. 1. ff. de oper. libert. l. 10. ff. de obs. par. & patr. j. §. 4. J. de donat. 2.) Parum patrocini dissentientes invenniunt

niunt in l. 8. §. 6. ff. de *Condit. Instit.* & l. 26. ff. de *condit. & demonstr.* ubi heres jurare iustus, se daturum aliquid vel facturum, licet juramentum remittatur, id tamen, quod se daturum vel facturum esse jurare debuerat, ex voluntate testatoris dare vel facere compellitur. Siquidem illa ad dandum faciendumve obligatio non ex jurejurando proficiscitur, quod à Lege remittitur, sed ex quasi contractu aditæ hæreditatis, ex quo heres voluntati legitimæ defuncti satisfacere tenetur. l. 8. ff. de *acqv. vel omitt. hered.*

- a.) *Za sius in rubr. ff. de V. O. n. 12. Covarr. Part. 1. relect. in d. c. quamvis. §. 2. num. 8 j. Wefenb. ad ff. t. de jurej. n. 5. b.) Franc. Duaren. tit. de jurej. c. 1. Barrol. in l. si quis pro eo. 57. ff. de fidejuss. num. 1. Cujac l. 12. obs. 7. Fachin. Controv. l. 3. c. 12. Franz. ad ff. t. de jurej. n. 49. Wiffenb. ad ff. Part. 1. Diss. 24. th. 3. Donell. enuch. l. 24. c. 9. l. c. Hahn. ad Wefenb. tit. de Jurejur. num. 5.*

THEſ. III. Assertum est in Superioribus Juramentum promissorium secundum Jus Civile obligationem ad agendum efficacem, per se, non producere, quod an Juri Canon. etiam conveniat controversitur, aliis in affirmativam, a.) aliis in negativam sententiam concedentibus. b.) Nobis in hoc Dd. dissidio affirmativa omnino videtur esse præferenda, quæ *Jur. Can. equè ac civili juramentum promissorium per se actionem non parere* contendit. Pro qua sententia unica hæc & principalis ratio militat, quod in dubio Jus Can. à Civ. non dissentire credatur. c. 1. 2. X. de *nov. oper. nunc.* cujus fundamenti vim ut dissentientes elidant magnoperè in adducendis contrariis Juri Civili textibus laborant. Quorum telis ut satisfaciamus, de ea ratione, in qua quæstionis cardo vertitur, evertenda primùm agemus, & deinde ad levioris armaturæ rationes transibimus. Existimant autem solido fundamento propterea suam sententiam non destitui, quia Jur. Can. quælibet, etiam nuda, pacta actionem producere credunt, quæ virtus, si nudis pactis tribuitur, juratæ promissioni multo minùs denegari poterit, quandoquidem juramentum promissorium etiam jure Civ. vim nudi pacti habere supra monitum est. At, salvo rectius sententium judicio hypothesein, cui sententia adversariorum innititur, negamus, nuda pacta Jure Can. ad actionem paciscenti dandam esse inefficacia, nobis omnino persuadentes. Neque enim vel textus

fatis manifestos, vel rationes satis evidentes, quibus hæc opinio stabiliatur, invenimus. Provocatur quidem ad *c. 1. §. 3. X. de pact.* in quibus pacta custodienda esse dicitur. Verùm 1.) probandum est, illic de pactis nudis agi, quoniam pactorum vocabuli in generale est. *a. L. 1. ff. de pact.* adeoque & d. c. de non nudis commodè intelligi potest, *a. L. 67. ff. de R. I. vel de Scriptis. (v. Conc. Carthag. 1. c. 12.)* quorum novissimæ parti inferi solebat stipulationis clausula. *L. 7. §. 12. ff. de pact.* 2.) Dicitur quidem d. c. inita pacta suam obtineant firmitatem, pacta custodiantur, quæ promittuntur opere impleantur; at non aliter ac Prætor in *L. 7. §. 7. ff. de pact.* pacta conventa servari jubet, neque propterea ex pacto nudo actionem pollicetur, sed tantum exceptionem *L. 7. §. 4. ff. eod.* modus enim servandi neque in Canon, neque in Civ. Jure adjicitur, unde qua ratione firmitatem obtineant pacta ex d. c. & reliquis textibus Juris Can. colligendum est, qui actionem dari ex pacto nullibi meminerunt, Judicem verò Ecclesiasticum imploratum per censuram Ecclesiasticam iis, quibus jurata promissio facta est, subvenire ad evitandum ab eo, qui juravit, peccatum ostendunt. *a. c. f. de for. compet. 6. d. cap. 1. l. c. 13. X. de Judic.* Hanc interpretationem non turbat vocabulum conventus, quod vel de vocato Adversario, ad implorationem officii Judicis, intelligi potest, atque sic actionem ex ipso pacto descendente non præsupponit. *a. L. 178. §. 2. ff. de V. S. L. 7. C. de præscript. 30. vel 40. annorum L. 13. ff. de offic. Præs. vel pro genitivo non absurde accipitur, ut Synodum vel concilium, conventum sc. Ecclesiasticum, denoter. Reliqui textus, qui adduci solent, tam generaliter loquuntur, ut ex iis correctionem Juris Civ. ostendere nequeas. a. l. 27. C. de testam.* Rationes si ponderemus, inquirunt Naturalis Juris potius, quàm Juris Civilis, sancita Jure Can. attendenda esse, ea verò ex qualibet conventionione, adeoque etiam ex pacto nudo, actionem largiri, meritoque illi, qui animo minus deliberato pacta constituit, imprudentiam suam nocere. Sed hæc rationes veritatem contrariæ sententiæ non evincunt; nam Jus Naturale in Rebus publicis ad amulsum plenissimo effectu donari publica utilitas non semper patitur. *L. 6. ff. de Inst. & Jur. L. 5. C. de ell.* cumque circa determinationem effectus ex naturali obligatione proficiscentis Jus Can. in dubio cum Jur. Civ. consentire præsumatur *d. c. X. de nov. oper. num.* ad naturalem rationem argumentando tum demum pervenire licet, quando Juris Civilis

vilis dispositio deficit, præcipuè cum non tam ratio juris civilis in animo minus deliberato paciscentis consistat, quam in minuendarum finiendarumque litium studio, quod æquè Canonicum atque Civile Jus persequitur. *a. l. 13. C. de Jud. l. 3. C. de fruct. & lit. expens. j. c. 5. X. de dol. & contumac. Clem. 2. de V. S. t. t. C. & X. de Jurr. Calumn. c.)* Hac dissentientis sententiæ hypothese remota facilis est responsio ad capitula Juris Can. è quibus probari putant adversæ opinionis Patroni ex Juramento promissorio actionem nasci: nam, *c. 9. X. de arbit. c. 9. & 28. X. de Jurej. c. f. de for. comp. in 6. c. 13. X. de Judic.* nihil probant præter illud, quod persona, quæ juramentum hoc præstitit, sub perjurii vinculo promissis satisfacere teneatur, & evitandi peccati mortalis gratia, per censuram Ecclesiasticam ad servandum Jusjurandum compelli queat, quo ipso illi, cui jurata promissio facta est, non datur specialis actio ad privatum interesse consequendam, sed curæ Magistratus Ecclesiastici committitur, ut intellecto jurejurando, metu poenæ Ecclesiasticæ in perjurum statuende, eum, qui juravit, ad juratæ promissionis adimplementum compellat. Cæterum, quoniam hodiè ad Juris Naturalis simplicitatem reverti, & ex pacto nudo serâ voluntate inuito actionem concedere visum est, d.) juratam quoque promissionem eorum, qui in Civitatem recipiuntur, vi pacti, quod continet, actionem producere satis evidenter apparet, cur enim quicquid virtutis pacto nudo inest, pacto cum jurisjurandi religione constituto denegabimus?

- a.) Jafon. in *L. Jusjurand. l. 17. ff. de Jurej. n. 8.* Setser de *Juram. L. 2, 6. l. n. 5.* Fachin. *Controv. L. 3. c. 12. §. hæc sententia Perez. in Cod. L. 4. t. n. 10.* b.) Covarruv. *Part. 1. Relect. cap. quamvis. de pact. 6. §. 2. num. 5.* Bartol. in *L. si quis pro eo. ff. de fidejuss. num. 4.* Franz. *ad ff. de jurej. num. 48.* c.) *Conf. Scotan. ad ff. Disp. 15. tb. 22.* Ziegl. *ad Inst. Jur. Canon. L. 3. t. 3. §. 2. verb. Suam.* Uffelm. *ad Rittersh. Diff. Jur. Civ. & Can. L. 3. c. 1. observ. 1.* Fachin. *Controvers. l. 2. c. 100. Conf. Arumæum ad ff. & C. Disp. 3. tb. 8. Diff. Rittersh. c. l. Hahn. ad Wefenb. t. de pact. num. 9. verb. Iure Pontificio.* August. Berous. *Vol. 3. Conf. 138. num. 2.* Covarr. *Part. 2. relect. in 6. quamvis. de pact. in 6. num. 24.* d.) Gudelin. *de Jur. Noviss. l. 3. c. 5. §. nulla.* Hahn. *ad Wefenb. tit. de pact. num. 9.*
 Carpz.

Carpz Part. 2. C. 32. d. 10. num. 9. Greenw. de LL. abrog.
in L. 10. C. de pact.

THES. IV. Quia non tantum in Civitatem per affectionem recipiendi, sed etiam Cives Originarii, quemadmodum initio Dissertationis nostræ ostensum est, Juramento se Civitati obstringere tenentur, idque non tam Juramenti promissorii in specie sic dicti, quam confirmatorii, naturam habet, *an hoc Juramentum Confirmativum Civili Jure obligationem ad agendum efficacem pariat, perpendendum est.* Ubi negativam sententiam amplectendam esse existimamus. a) Nam Jusjurandum obligationi præexistenti accedens animam quidem Civis, qui hoc Jurejurando se devincit, obligat, efficitque, ut eam, quæ inter civem & Civitatem intercedit, obligationem dolosè violans in gravissimum perjurii reatum incidat. Attamen obligationi, quam confirmat, nullum tale vinculum superaddit, quod per se ad producendam actionem efficacem sit, aut actionem introducat, quoties obligatio præcedens vim pariendæ actionis non habet. Unde ex iisdem fundamentis, quæ in superiore quæstione adduximus, colligitur, Juramentum Civium, quod hoc casu confirmandæ obligationis gratia adhibetur, ad effectum agendi per se non prodesse; nullibi enim in Jure vel Civili vel Canonico Juramentum inter modos producendæ novæ obligationis ad agendum efficacis relatum est, *fac. l. 7. §. 16. ff. de pact. L. 5. C. de leg.* atque ita obligationem non extrinsecus augere, sed, intra suos limites permanenti, vinculum religionis solum annexere dicitur. Non obstat L. 41. C. de transact. j. L. 18. C. eod. Quod si enim pacta, de quibus jurando confirmatis in d. l. agitur, consideremus, non de nedis Imperatores loquuntur. *a. l. 67. ff. de R. J.* sed stipulatione ad agendi effectum vestitis. *a. l. 45. ff. de pact.* id quod ex pœna adjacta, quæ per stipulationem Jure Rom. promitti solebat. *l. 37. C. eod. §. f. J. de V. O. l. 7. §. 12. ff. de pact.* haud obscure colligitur. Hinc non pœna perjurii à jurisjurandi virtute, sed actio ab obligationis constitutæ vinculo dependet. Si quis autem totam legem de nudo pacto intelligere velit, necesse erit, ut doceat verba (actione privatus) non de veteri actione, quæ vi transactionis pacto nudo factæ non sublata est, *a. l. 19. L. 28. C. eod.* Sed de nova actione ex ipsa transactione jurata descendente intelligenda esse. Secundum Jus Canonicum idem in Cive Juramentum Civium perloquente defendi posse existimamus, neque eo commove-

mur,

mur, quod a jure juramentum vim consensus geminati habere, consensum verò geminatum actionem parere. a. L. 1. §. 7. ff. de constit. pec. Quandoquidem ex consensu iterato per se actionem non nasci omnino credimus cum Cujacio, Duareno, & quicquid pro eâ sententia Canonistarum Commenta tradunt, negligimus. c.) Pari autem ratione, qua in superiore casu, ex nudo etiam pacto Civis, jurejurando confirmato, actionem hodie descendere existimamus, quam si quis condictionem ex moribus dicere voluerit nos consentientes habebit. d.)

a.) Cujac. L. 22. Obs. 7. Franzk. ad ff. t. de furej. n. 50. Struv. Synt. Jur. Civ. Ex. 7. tb. 22. Willenb. Part. 1. Diss. 24. tb. 39. Dissert. Joh. Gutierrez, de Juram. Conf. l. 1. 34. b.) Cujac. d. obs. 7. Duaren. t. de constit. per c. 1. Fachin. Controvers. l. 2. c. 100. c.) v. Sessler, de Juram. l. 1. c. 15. n. 76. Tiber. Decian, Vol. 2. Resp. 46. n. 39. Tusch, Pr. Concl. 28. n. 24. lit. g. d.) Hahn. ad Wesenb. t. de cond. ex lege num. 5. Lauterb. Concl. For. Ex. 8. tb. 9. Struv. Synt. Jur. Civ. Ex. 18. tb. 58.

THES. V. Ostensum est hæcenus quo jure ex Juramento Civium descendat obligatio ad agendum efficax, vel imploratio officii Judicis, im igitur excutiendum est Primò, an idem effectus tribuendus sit promissioni, quæ Civis sub fide juramenti, quod Civitati præstitit, se Magistratui ad revelationem delicti, vel veritatem dicendam, obligavit. Ubi, quoad perjurii virtutem & effectus, jure Canonico plurimum interest, utrum promissio hæc, sub fide Juramenti facta, pro juramento, an verò pro asseveratione habeatur. Quod postremum videtur esse probabilius, nisi constet aliud actum esse, & mente ipsum DEUM, hac formula prolata, invocatum esse. a.) Præcipue autem, quia corporale juramentum ad Juramenti Civium formam externam requiri supra monuimus, haud difficulter, ut existimamus, quilibet largietur, hanc formulam, si partes vel maximè eam pro jurejurando haberi velit, corporale juramentum non esse. Existimamus itaq; civem, qui aliquid sub fide juramenti, quod Civitati præstitit, Magistratui promisit, ex eâ promissione, tanquam ex formali jurejurando, non obligari. Nam, actus juramentum exigendi in Magistratu, & jurandi in promittente deficere creditur, quia hæc formula adhibetur, ut jurandi necessitas evitetur, & juramenti forma, quæ in invocatione nominis Divini consistit, negligatur; forma verò actus deficiens facit, totus actus corruat,

ruat, eaque per æquipollens adimpleri nequit, *a. l. 88 §. ff. de leg. 1. l. 8. §. 17. ff. de transact. c. 35. X. de Iurej. j. L. 27. ff. de R. j. l. 55 ff. de leg. 1. b.) Non obstat 1.) quod parum interfit, utrum quis nomen divinum invocet, an verò se ad factam DEI invocationem referat, quia DEUS non saltem nomine suo exprimi potest, sed ea quoq; demonstratione, quæ nomine vice fungitur. *a. l. 6. ff. de reb. cred. nam, talis demonstratio vice nominis est, ubi nominis invocatio præ forma, ut hic ad Juramentum, non requiritur, sed saltem indicandæ voluntatis gratia adhibetur. cit. c. pen. X. de Iurej. Non obstat 2.) c. 3. X. de his qua vi met. caus. verb. juramento vel fide interposita sit confirmata. it. c. 2. X. de fidejuss. quæ de fide non ea, quæ Juramento data est, sed Politica sive civili intelligi possunt. Non obstat 3.) C. Juramenti. caus. 22. qv. 5. qui Deum inter Juramentum & loquelam nostram non distingvere dicit, quia & perjurium & mendacium Divini Judicii pœna damnatur, & quidem & nuda promissio & Juramentum ad observantiam promissorum obligat, adeoque non tantum qui pejerat, sed etiam qui mentitur, peccatum committit, verum in violata promissione nuda & violato juramento diversus deprehenditur peccati gradus, major enim Divini Numinis contemptus jurijurando, quàm nudæ promissioni violatæ, inest; unde gravior pœna perjurum, quàm simplicem fidem datam frangentem manet.**

a.) v. Struv. Synt. Jur. Civ. Ex 17. ib. 12. b.) Conf. Modest. Pist. Vol. 2. Conf. 19. num. 51. seq. Everh. Spekhan. Quæst. Jur. Cent. 1. qv. 4. Covarr. part. 1. Rel. in c. quamvis. de pact. in 6. §. 2. n. 2. 3. Setfer. de Juram. l. 1. c. 16. n. 16.

THESES. VI. Secundò circa effectum *Juramenti Civium* notandum est, quod *illud præcisè ad promissa adimplenda obliget*, & ne quidem in faciendi obligationibus debitorem ejus, quod interest, præstatione regulariter ab obligatione liberet. Quamvis enim in obligationibus faciendi alioqui debitor eo, quod interest, soluto liberetur. *l. 31. §. 1. ff. de rejud. L. 72. ff. de V. O. a.)* quia tamen jurejurando se ad factum obligans facti, non ejus quod interest, præstationem intendit & promittit, præcisè ipsum factum præstare tenetur. *c. 7. §. 1. X. de Iurejur. e. 28. X. eod. c. f. X. ne præl. vic. sit. b.)* Neque eam sententiam evertit ab æquipollente petita ratio, quod scil. solutio ejus quod interest, in facti locum succedat, adq; pro facti præstatione habenda sit, add. LL. quando.

quandoquidem Jusjurandum ex intentione jurantis & exigentis juramentum est explicandum. *c. 16. X. de Jurei.* uterque verò de ejus, quod interest, solutione non creditur cogitasse, neque enim quicquid ab obligatione liberat quod in eandem ab initio deductum videri potest, quia ob favorem liberationis etiam tertii solutio invito debitore ad tollendam obligationem prodest. *pr. J. quib. mod. coll. obl.* de cujus solutione tempore obligationis constitutæ cogitatum esse tunc non asseritur. *fac. l. 12. §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solv.* juramentum verò ex intentione prima interpretationem capit. *a. c. 7. X. de jurej.* unde simul corrui argumentum petitur ab axioma, quod juramentum sequatur naturam actus in quo interponitur. *a. l. f. C. de non num. pec. l. f. ff. qui sati. d. cog.* illud enim nimis extendendum non est, ceu ex *cap. 28. X. de jurejur.* apparet, eoque in primis pertinet, ut consensus defectum per jusjurandum non suppleri indicet, non autem obligato liberum relinquat, quomodo obligationi, cui certus modus adimplendi insertus est, contra primam intentionem satisfacere velit. *a. d. c. 7. j. c. 52. X. eod. c.)* Et quid quæso absurdi erit ob primam jurantis voluntatem eundem ad factum præcisè compelli, ne in perjurium incidat, cum etiam ob testatoris voluntatem is, qui Reipublicæ opus facere iustus est, pecuniam offerens non audiatur, sed ipsum factum præcisè adimplere teneatur. *l. 11. §. f. ff. deleg. 3. fac. l. 122. §. 2. ff. de V. O.*

a.) v. Struv. *Synt. Jur. Civ. Ex. 47. th. 22.* b.) Jason. *Vol. 1. Conf. 9. num. 10.* Tusch. *Pf. Concl. lit. i. Concl. 527. num. 5.* Gceddeus de contrah. & committit. *stip. c. 9. num. 78. seq. Falchin. Controv. l. 3. c. 17.* Setfer. de Juram. *l. 1. c. 25. num. 96. seq. v. Zaf. L. 2. Conf. 12. num. 20.* c.) v. Tab. & Barbos. *Axiom. l. 9. c. 93. a. 37.*

THESES. VII. Commemorata est in superioribus obligatio, quæ ex præstito juramento Civium descendit, civesque ad illius observantiam non uno modo adstringit; jam igitur non servata fidei effectum, nempe Perjurium, considerari par est. Ut verò Perjurium committere videatur Civis, dolum in ipso requirimus. *a. l. 26. ff. de Jurej. l. 7. ff. ad L. Cornel. de Sicar. can. 1. caus. 12. qv. 2.* neque in delicto tam atroce culpam latam dolo æquiparamus, proinde Civem, qui vel ex incuria statutorum, quæ nosse poterat & debebat, contra statuta, quorum observantiam juratò promiserat, peccavit, vel ex simplicitate quadam sine

dolo fidem iurejurando promissam fregit, perjurii reum non facimus, a.) extraordinariae vero poenae, pro modo admissi, locum relinquimus, a. l. 6. l. 9. §. 2. ff. de jur. & fact. ignor. Ord. Pol. Sax. de anno 1612. §. Ob auch wohl.

a.) Zaf. ad §. item si quis. §. de act. num. 22. Daniel. Moller. Semestr. l. 2. c. 38. Conf. Anton. Faber. in C. l. 6. t. 5. d. 12. n. 4.

THEM. VIII. Hujus perjurii poenam investigaturi principale momentum poenae in vindictâ divinâ situm esse existimamus: DEUS enim, à quo corporis animaeque salus dependet, si fortè perjurii scelus humanam vindictam effugiat, impunitum illud non relinquit, sui contemptus acerimus vindex futurus. fac. l. 2. G. de reb. cred. Malach. cap. 3. v. 5. Quod si ad Poenam perjuro Civî irrogandem perveniamus, eandem beatè merito arbitrariam esse statuimus, quoniam huic perjurio neque Civile, neque Canonicum, neque novissimum Jus certam poenam definit, quoties verò legibus certa poenae determinatio facta non est, eadem arbitrio judicis definienda relinquitur, prout delicti commissi magnitudo exegerit. a. l. 4. §. 1. ff. de incend. ruin. naufr. l. 11. ff. de pen. l. 1. §. 1. ff. de effract. a.) Et quis inficias ibit Civium hæc perjuria esse inæqualia, quæ impari gradu doli adhibito constituuntur? Quo enim dolus, & ex dolo profecta læsio Civitatis, gravior est, eo graviolem animadversionem meretur Civium perjurium. dd. LL. Equidem J. Civili spectato videri poterat hunc perjurum impunem abire, a. l. 2. C. de reb. cred. l. 15. ff. de except. N. 82. c. 11. §. 1. sed, quoniam Principes Divini Numinis ministros, violata fide, quæ cum tanta religione data est, non conivere æquissimum est, nec omnia, quæ de perjurii nostri poena in legibus Civilibus traduntur, commodè ad poenam divinam referri possunt, jure civili quoque hoc perjurium ab extraordinaria animadversione non esse liberum, tutius omninò asseri putamus, quàm eo jure per spem impunitatis delinquentium malitiam contemptumque Divini Numinis auctum esse. a. l. 2. C. de indict. vid. l. 41. C. de transact. l. f. ff. Stellionatus. l. 21. l. 22. l. 23. ff. de dol. mal. l. 17. C. de dignit. N. 17. c. 11. f. l. 51. f. ff. ad L. Aquil. a.) Et quemadmodum dolum, in præjudicium tertii adhibitum, & læsam Majestatem divinam in perjurio secundum leges civiles jam infamia, jurisque competentis privatione d. l. 41. & l. 17. G. jam exilio temporali d. l. f. jam pecuniaria præstatione d. N. 117. c. 11. &c. puniri ex superioribus liquet, ita Jus Canonicum non una ratione in perjurio animadvertit, præter infamiam. c. 17. infames, caus. 6. qv. 1. modò

modo degradationem, c. 19. XX q. 5. modo ob contumaciam excommunicationem, tandemque anathema in ipsos statuendo. c. f. XXII. q. I. j. c. 10. X. de Jud. b.) & Ord. Caroli V. art. 107. certis in casibus eorum digitorum, quibus erectis juratum est, vel manus amputationem v. art. 108. perjuri imponit. Jus Sax. verò aliquando ipsis digitorum abscissionem, aliquando fustigationem ut & relegationem dicitur, c.)

a.) Conf. Jafon. in l. si duo §. f. ff. de jurej. n. 1. Menoch. de Arbitrar. Judic. quæst. l. 2. c. 319. n. 10. seq. Brunnem. in l. 2. C. de Jurejur. num. 9. 12. Scot. ad ff. disp. 30. th. 10. Covarruv. part. 1. Relect. inc. quamvis de pactis 6. §. 7. n. 2. Gudelin. de Jure noviss. l. 6. c. 16. verb. affine. Diff. Faschin. Controv. l. 1. c. 14. Carpzov. Pr. Crim. part. 1. qv. 46. n. 22. seq. Cujac. l. 2. obs. 19. Conf. Setler. de Jurament. l. 1. c. 27. n. 13. b.) v. Covarruv. c. l. n. 3. 4. Jul. Clar. Sent. l. 5. §. f. quæst. 73. n. 6. c.) Polic. Ordnung de anno 1612. §. ob auch wohl 2c. Carpz. Pr. Crim. q. 46. n. 43.

THESES IX. *A generalibus Juramenti Civium effectibus ad speciales progredimur, ubi prætermisissis effectibus singularibus, qui ex naturali vel civili personarum inhabilitate ad præstandum hoc juramentum fluunt, & in Capite, de Causâ Efficiente, recensiti sunt, illud saltem adjicimus, quod ob formæ qualitatem Primo singularis effectus sit hujus jurisjurandi præstiti cum reservatione fori privilegiati.* Illa enim efficit, ut reservans in mere personalibus se civitati, cui juravit, non subjecisse videatur. Quod si itaque vel tutelæ vel curæ vel simile munus publicum personale imponendum Civibus sit, huic, qui jusjurandum cum dicta reservatione præstitit, invito illud à Magistratu Civitatis injungi non posse existimamus, a. l. 5. C. qui dar. Tut. vel Cur. l. 23. ff. eod. a.) Fori enim privilegiati reservatio id operatur, ut in causis ad forum privilegiatum pertinentibus, nihil juris Civitati in jurantem tributum esse credatur, per ea, quæ in c. 5. th. 11. allegata sunt. *Secundo singularis effectus Juramenti Civium est, quod præstito per Procuratorem juramento se, in cujus animam juratum est, vi specialis mandati intercedentis, obligatur, c. f. de Jurejur. in 6. b.) & quoties universitas aliqua Juramentum Civium intuitu rei, in patrimonio Reipubl. existentis, præstitit, obligatio, & violato jurejurando, perjuri reatus non*

lingulos Cives, sed eos ex universitate afficit, qui se hoc jurejurando obligare voluerunt: juramentum enim ultra intentionem partium operari non debet. *cap. 16. X. de iurej. a. l. 19. ff. de reb. cred. c.) Conf. dict. in Diff. hujus cap. 3, tb. 4. 5. Tertiò à formâ jurandi in Civitati bua non paucis recepta dependet, quod simul Homagium illi, qui Superioritatem territorialem habet, prastandum est, de quo egimus supra.*

a.) *Franzk. l. 1. Ref. 17. num. 4. 5. Brunnem. in l. 24. ff. de tut. vel Cor. dat. n. r. 2. b.) Udalt. Zal, ad c. de damn. inf. in l. 13. §. ff. alieno. 13. num. 8. c.) Tusch. pr. Concl. in l. i. Concl. 518. num. 5.*

THES. X. *Minus principalis effectus juramenti Civium in eo consistit, quod Magistratus eum, quem ad juramentum Civium admisit, à reliquis actibus, quibus Civis in Civitatem receptio absolvitur, arce- re non potest. a. l. 52. §. f. ff. de O. & A. l. 5. C. de O. & A. l. 13. f. ff. Commod. Quod si itaque persona, quæ Civium jura petit, hoc jusju- randum Magistratui exigenti præstitit, & solutionem pecuniæ, quæ vocatur, Das Bürger Geld, iis casibus, quibus eam solvi necesse est, solvit, vel ad eam solvendam sese offert, Magistratus albo Civium in- sersionem & Privilegiorum Civilium collationem, adeoque plenissi- mam receptionis consummationem, detrectare non potest; ne mu- tare suum consilium in alterius injurtam liceat. l. 75. ff. de R. J. & me- dia ad certum finem introducta contrarium effectum operentur, a. l. 19. ff. de leg. 1. a.)*

a.) *v. Barbof. ax. l. 6. c. 17. II.*

THES. XI. *Reliquum est, ut Contraria Juramenti Civium brevissimis adjiciamus. Dissolvitur autem juramentum Civium, & ex eo descendens obligatio, vel simpliciter, vel secundum quid. Simpliciter vel intuitu ejus qui juravit, vel intuitu Civitatis, cui juramentum hoc præstitum est. Ex Persona ejus, qui Juramentum Civium persolvit, tollitur illius obligatio 1.) per Mortem naturalem & Civilem 2.) per Renunciationem 3.) per Delictum. I.) Mors naturalis, non tantum hujus juramenti virtutem, quoad perjuriæ vinculum, de quo supra, sed etiam, quoad reliquam obligationem producendam, quæ ex p. omissione à Cive Civitati facta descendit, omninò extingvit: nam, personalis est cura, quam Civis civitati circa publicam utilitatem adjuvandam promit-*

mittit, personalis etiam est obedientia, ad quam civis Civitati obstringitur; quoniam igitur factum heredis sui defunctus nec promittit, nec promittere voluit, iusjurandum ad obligandas in futurum personas, de quibus cogitatum non est, merito non extenditur. *a. l. 13. C. de contr. & com. stip. l. 31. ff. de solut. §. 5. J. de societ. l. f. C. de non num. pec. cap. 7. c. 16. X. de Jurej. a.) Mors Civilis, quæ hodiè per Bannum Imperii contingit. v. Ord. Cam. Part. 2. t. 9. §. So jemand. sicuti bannito jura Civibus competentia aufert, ita etiam, sublato Civitatis jure, obligationem per iusjurandum, intuitu utilitatis ex Jure Civitatis proficiscentis, contractam, dissolvit. *a. l. f. ff. ad SCtum Syl. l. 6. §. 2. ff. de Jur. Patr. cum & alias incidens in eum casum obligatio, à quo incipere non potest, extingvatur. a. l. 137. §. 2. ff. de V. O. II.) Obligationem è Civium Juramento profectam tollit *Renunciatio Civis*, nam in toto Imperio Rom. Civibus regulariter permissum est migrare, quæsitum Jus Civitatis abdicare, atque sic civilia emolumenta & onera simul exuere *a. Rec. Imp. de Anno 1555. §. Wo aber. A. B. cap. 16. l. 28. §. 1. ff. ex quib. caus. maj. l. 5. §. f. l. 12. ff. de captiv. & post. lim. rev. l. 71. §. 2. ff. de com. dit. & demonstr. c.) III.) Ob delictum adversus civitatem commissum Jure Civitatis privari potest civis, præcipue, si fidem Civitati datam, dolosè fregerit perjurus. *a. c. 10. X. de Jud. l. 41. C. de transact. Ord. Camer. artic. 107. d.)****

- a.) v. Jason. in auth. *Sacramenta puberum. C. si advers. vendit. n. 55. Brunnem. in l. 13. C. de contrab. stip. n. 11. Udalr. Zas. l. 2. Conf. 9. n. 29. b.) Mev. part. 1. Dec. 187. n. 7. Carpzov. Pr. Crim. quest. 140. n. 26. Andr. Gail. de Pac. Publ. l. 2. c. 12. n. 1. seq. c.) Myler. ad Aur. Bull. part. 2. Dissertat. 5. thes. §. l. 4. Hahn. ad Wesenb. r. ad Munic. n. 4. Buxtorff. ad A. B. c. 16. concl. 99. lit. f. d.) Zahn. Ichnograph. Munic. cap. 14. n. 35. seq. Jason. in l. 1. §. hujus studii. ff. de Just. & Jur. num. 15. Boer. Dec. f. 260. f. Tusch, Pr. Concl. lit. I. Concl. 537. n. 3. 4.*

THESES. XII. *Intuitu Civitatis obligatio ex Juramento Civium nata extingvitur Interitu Civitatis vel naturali vel civili.* Nam, correlata sunt Civis & civitas, sublato itaque correlatorum uno, in terminis correlativis, tollitur etiam alterum. *fac. l. 31. §. 1. ff. de adimend. vel transfereud. leg. a.)* Hinc naturaliter, vel terræ motu, vel simili ratione

tione extinctâ Civitate civis obligatio etiam extincta est, & si civili-
 ter, per juris Civitatis privationem, Civitas talis esse desierit, pariter
 Civis obligatio desinit, eaque Juris Civitatis privatio ob varia Civita-
 tum delicta fieri potest. b.) *Secundum quid perimitur obligatio, ex Ju-
 ramento Civium dependens, per illius legitimam Relaxationem ad unum
 actum, vel plures actus exercendos, restrictam, quam non raro testi-
 um, ad veritatem cognoscendam, penuria extorquet, per ea quæ in
 cap. 4. hujus Dissert. th. 2. proposita sunt. Plura de Contrariis Jura-
 menti Civium cumulare instituti nostri ratio non permittit, unde di-
 vino Numini immortales persolventes gratias, pro præsentis cona-
 ctuum nostrorum adjumento felicem facimus nostræ Dissertationis
 a.) v. Barbof. *Ax. l. 3. c. 70. verb. correlativorum.* b.) v. Strauch.
*Dissert. Exoter. 6. th. 17. Bartol. in l. ejus qui, 27. §. si quis. ff.
 ad munic. n. 5.**

FINEM.

COROLLARIA.

I.

**I. In controversiam deduci solet inter Juris Publici Dd. An is, qui in a-
 lieno territorio immobilia allodialia possidet, eorum intuitu, à
 Domino Territorii ad Homagii præstationem compelli possit? In
 quâ decidendâ Affirmativæ Sententiæ accedimus, quia Jure Super-
 ioritatis Territorialis gaudentes, pro eâ, quâ publicæ tranquil-
 litati invigilant, curâ, id agere tenentur, ut omnis metus defecti-
 onis & conspirationis, in perniciem publicæ salutis tendens, evi-
 tetur. Undè non tantum Subditos, propriè sic dictos, Homagio
 sibi devincere, sed etiam eos, qui immobilia in suo territorio pos-
 sident, ob emolumenta, quibus intuitu rerum fruuntur, securita-
 tem publicam, & arctiorem, ad onera, ratione patrimonii fe-
 rends, obligationem ad Homagium reale præstandum, compelle-
 re possunt. a.) Quam sententiam, in Superioritate Territoria-
 li fundatam, non evertit, quod Dissidentibus Homagium in loco
 domiciliû saltè præstandum, *s. l. 17. §. 13. ff. ad Munic. l. 4. C.
 de Incol.***

de Incol. adeoque observantiam Homagii realis docendam esse, asserunt. Nam, Homagium, quod in loco domicilii suis Dominis Territorialibus præstant Subditi, personale est, & hanc, quæ propter patrimonii possessionem promittitur, fidem non excludit. Eadem enim persona diversas obligationes non respuit, nihilque prohibet, quo minus diversam quis personam, ob causam diversitatem, repræsentet. a. l. 2. ff. ad SCum Mac. b.) Jus autem exigendi Reale Homagium non ab Observantia dependet, sed à Superioritate Territoriali Principis, illiusque sollicitudine, quam gerit, in suæ Reipubl. salutem. Quando igitur Princeps, fidem intuitu rerum cum iurejurando dari, publico expedire videt, ne occasione patrimoniorum possessores, tempore Pacis vel Belli, quicquam contra publicam utilitatem moliantur, proptereaque hoc juramentum præstari jubet, non magis observantiam indagari necesse est, quam lege, patrimonia concernente, à Principe lata inquiri, an ad illius observantiam eorundem possessores obstricti sint. fac. l. 4. §. 2. ff. de cens. l. 6. §. f. ff. de mun. & hon. b.) Atque ita nullo cum fructu asserunt, quod, si de Homagio reali, in similibus casibus exacto, non constet, ab eodem exigendo omnino abstinendum sit; nam invertenda est hæc obiectio, & cum vi Superioritatis Territorialis Princeps non tantum Personalis, sed & Realis Homagii præstationem desiderare queat, eidem se subducturus contrariam consuetudinem specificam, vel præscriptionem legitimam probare tenetur; nam, à simpliciter non usu Juris ad privationem illius non valet consequentia, præcipue in Regalibus. c.)

a.) Fac. text. i. feud. §. Cap. un. §. verum. de statu regulari in 6to c. f. X. de for. comp. Ritter de homag. c. 5 n. 101 ubi vid. ut consens. allegat. Laudens. Panorm. Burfatum. j. Svanm. add. Dec. Cam. 10. n. 115. 116 Zachar. Viator. de caus. exempt. Imp. concl. 29. Wesemb. ad ff. tit. de iurej. §. Dissentire videntur: Joh. Eiseh. de homag. §. 38. Vultej. de feud. cap. 5. n. 1. Just. Sinold. Schütz. Coll. Publ. de Stat. Rei Rom. disp. 6. tb. 17 l. a qui partim personale homagiura à reali non satis discernant, partim ad virtutem Superioritatis territorialis non respiciunt.

L

b.) vid.

b.) *vid. Ant. Knichen. de vestit. pact. part. 2. cap. 5. num. 135. & seqq.*

c.) *vid. C. 36. X. de V. S. l. 2. ff. via publ. Sixt. de Regal. libr. 1. c. 6. n. 32. Gail, l. 2. Obs. 60. n. 6.*

II.

Circa Tutelam Feudalem disputatur, an Mater Tutrix suorum liberorum, in bonis feudalibus, fieri possit nec ne? Ubi affirmativæ sententiæ calculum nostrum adjicimus. Quamvis enim eos tutelæ onus premat, ad quos successioneis emolumentum pervenit; §. un. 7. de leg. patr. tut. fœmina vero à feudorum successione regulariter excludatur, n. f. 50. non tamen matris tutela commodo successioneis, sed affectus plenitudine, nititur, vi cujus non invita sed volens, N. 118. c. 5, ad tutelam liberorum vocatur, non secundum successioneis ordinem, sed datam à legibus prærogativam ob præsumti affectus magnitudinem, a.)

a.) *Conf. Ludolph. Schrad. de Feud. part. 10. sect. 19. n. 26. Menoch. de A. J. Quæst. Cent. 2. cas. 150. num. 37. Decius Conf. 16. n. 2. seq. Diss. Petr. Heigus part. 2. q. 13. n. 41. j. Carpz. part. 2. Const. XI. d. 11. n. 14.*

III.

Inrer Juris Canonici Dd. non convenit, an rei alienæ legatum, à sciente Testatore relictum, valeat, secundum Jus Canonicum. Quod affirmamus. arg. c. 1. X. de nov. op. nunc. j. c. 5. caus. 12. qv. 5. Non obft. c. 5. X. de testam. a.)

a.) *Dissent. Jason. in l. cum alienam. C. de Legat. n. 10. Rosbach, Comparat. Jur. Civ. & Can. l. 2. t. 6. n. 3. Conf. Covarr. in cap. Filius noster. X. de testam. n. 14. Fachin. Controv. l. 5. c. 38. Ludov. Engel. Coll. Un. Jur. Can. part. 2. l. 4. T. 14. verb. Queritur 10. Vinn. S. Q. L. 2. c. 26.*

Ad

Ad Nobilissimum

DN. RESPONDENTEM,

Auditorem suum maxime industrium Amicumq; hono-


P R Æ S E S.

Magna vitæ pars elabitur malè agentibus, maxima nihil agentibus. Ita prudentissimè Seneca, Epistola prima, humanæ imprudentiæ infelicitatem dolet, ad feliciorè vitæ usum moniti sui memores deducturus. Si enim ulla humanarum rerum jactura, temporis jactura acutissimum doloris sensum meretur. Divitias dies fert, allatas aufert, ablatas reddit, mortalesq; sub spe & metu adipiscendæ, recuperandæ amittendæque illius; quæ hinc pendet, felicitatis relinquit; at irreparabile temporis dispendium est, quod non corpore præsens, sed animo negotiis in vigilans evitat, non cupidus, sed amore studiorum ardens præcavet, odit, execratur. Vita dies est, in quo, cum Solis ortu, progressu & occasu, in primæ, mediæ ultimæq; ætatis homines pensum laboris distributum est. Adolescentia serendo Viris messem præparat, Senesq; in apice suo, auctoritate scilicet, constituit. Semine vel non, vel infeliciter, jacto in cultus aut infœcundus ager fert inutile lolium, quem cultura fructuû ubertate nobilitare potuisset. Laudatissima igitur est Tua, Nobiliff. DN. RESPONDENS, non in olei usu, sed tempore perdendo parcitas, laudatissima est innata & excitata paternis monitis industria, quam ut mature Sol vitæ oriens salutavit, ita per sua spacia decurrens præmiis exornabit, occidensq; infelicitatis sede, si auguror, collocabit. Qvis miretur fructuum ubertatem, quam cura sementis infœssa meretur? Biennium est, & quod excurrit, ex quo
ani-

animus Tuus, in futurum consulens, thesaurum Juris, me
 Duce, prudenter colligere perrexit, urfic labor diurnus
 nocturnum, nocturnus diurnum, non vaga Legum Te
 juvit, sed constans, non multorum, sed bonorum Aucto-
 rum lectio, utilia mentem fixerunt, non ea quæ ignorant-
 ti non nocent, scientem non juvant, aspera fuit inceden-
 dum, sed ad Virtutem, via, non Te voluptas, inimica bo-
 nis, avocavit, non proficiscens ex concatenatis laboribus
 tædium deterruit: tales enim moras infelices sæpe non
 trajiciendum, sed operosè transnatandum legitimæ sci-
 entiaæ pelagus averfatur. Ab imis ad summa afcendens
 perspexisti Jurium penetralia, & ingenii & pertinacis in-
 duftriæ felicitate adjutus, utriusq; specimen præfens eru-
 ditæ mentis fœtus exhibet. Ita summè venerandi Paren-
 tis voto, curæ, sumtribus, ita Patriæ spei, ita Magnorum
 Patronorum expectationi satisfaciendum erat. Impedi-
 tus hic per aspera transitus quam expeditam Tibi pepe-
 rerit ad vitæ felicitatem viam, contemplare. Tria sunt,
 quæ non postremam humanæ felicitatis partem absol-
 vunt: Nasci in Ecclesia, aliis, posteris. Primam partem
 Nativitas dedit, secundam Serenissimi ELECTORIS Tui
 Gratia, tertiam castissimi Amoris, exoptatissima desti-
 natio spondet. Gratulor itaque felici Parenti non nomi-
 nis tantum, sed omnis etiam dignitatis Successorem Fili-
 um relicturo, gratulor Filio felici, vitæ felicitatem DEO,
 Serenissimo ELECTORI BRANDENBURGICO, Pa-
 tronis Parentiq; debenti, in quo exornando Patronorum
 benevolentia, cum summa Serenissimi Patriæ Patris
 Clementia concurrens, me aliosq; illius amantes fe-
 licitatis præfentis lætos Spectatores, futuræq;
 non vanos Augures relinquit.







00 A 6400

ULB Halle


002 927 926


3



VO 17







5

D. B. V.
TIO JURIDICA,
De
RANDO
VIUM,
Som
r = **Gyde/**
Quam,
dulcu
TORUM ORDINIS,
In
PHILYRINA,
ESIDE,
IENCKENIO,
& J.U.D.
ditorum Examini
bmittit
CTOR
WENDTLANDT,
erg. Pomer.
M. DC. LXXXVII.
torio Jctorum.
CHRISTIANI GÖZIL

